
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00862494 2

HIERARCHIA CATHOLICA MEDII AEVI

HIERARCHIA CATHOLICA
MEDII AEVI

SIVE

SUMMORUM PONTIFICUM, S. R. E. CARDINALIUM, ECCLESIARUM ANTISTITUM SERIES

AB ANNO 1198 USQUE AD ANNUM 1431 PERDUCTA

E DOCUMENTIS TABULARII PRAESERTIM VATICANI
COLLECTA, DIGESTA, EDITA

PER

CONRADUM EUBEL, S. THEOL. DOCT.
ORD. MIN. CONV. DEFINITOREM GENERALEM
OLIM APOSTOLICUM APUD S. PETRUM DE URBE POENITENTIARIUM.

EDITIO ALTERA.

MONASTERII MDCCCCXIII.
SUMPTIBUS ET TYPIS LIBRARIAE REGENSBERGIANAE.



Praefatio.

Cum tertio huius Hierarchiae Catholicae volumine ad finem perducto primi voluminis exemplaria omnia fere divendita essent, negotium ad me delatum est, ut id denuo typis exscribendum curarem.

Id eo gratius mihi accidit, quod quae partim ad calcem alterius voluminis correxeram, partim postea corrigenda mihi se obtulerant, nunc suo loco in primi voluminis altera editione emendaturus sum.

Cum enim in sexto et septimo Bullarii Franciscani voluminibus conficiendis, quorum illud anno 1902 hoc 1904 foras datum est, Registra Summorum Pontificum in tabulario Vaticano asservata percurrerem, in ea parte qua agitur „de diversis formis", „de indultis", in epistulis „de Curia", in libris „diversorum cameralium" multa atque gravia inveni de episcopis illis temporibus promotis; e. g. legi aliis episcopis tempus esse prorogatum, quo munus consecrationis acciperent, aliis licentiam esse datam, quo id munus sine praeiudicio iuris metropolitani a quocumque maluissent episcopo catholico acciperent, alios nuntios vel collectores S. Sedis Apostolicae esse nominatos.

Qua in re cum alii viri doctissimi, qui in archivo S. Sedis studiis vacant, tum ante omnes Rmus Dominus Paulus Maria Baumgarten doctor, praelatus domesticus S. Sanctitatis, magnopere me adiuverunt, cum quae ipsi indagaverant mecum communicarent. Cui omnibusque, qui de opere bene meruerunt, debitam gratiam toto animo refero.

Neque libros typis exscriptos, qui ad eandem rem pertinerent, neglegendos esse arbitratus: inprimis Registrum Sacrum Anglicanum ed. Stubbs excussi, in quo dies consecrationum eorum episcoporum referuntur, quorum sedes in Anglia sunt sitae; deinde primum volumen operis a Rdo P. Fideli Savio S. J. editi, quod inscribitur „Gli antichi vescovati d' Italia", perlegi, ubi seriem accuratiorem habes antiquorum episcoporum, qui nondum per provisionem apostolicam, sed per electionem Capitulorum cathedralium promovebantur, tum tabulam illorum episcoporum titularium, qui suffraganeos seu auxiliares episcoporum Cameracen., Tornacen., Morinen., Leodien. agebant, a R. D. P. Ursmaro Berlière O. S. B. congestam. Magnopere vero Rmus Dominus clarissimus Dominicus Willi Ord. Cist., episcopus Limburgensis, sibi me devinxit, quod non mediocri erga me studio atque benignitate librum suum, quem „de monachis Ord. Cist. ad dignitatem pontificatus, cardinalatus, episcopatus evectis" idiomate Teutonico scripserat, ad me mittere voluit. Multa quidem extremo operi meo intexere poteram, sed, cum prior pars operis jam typis exscripta esset, nonnulla inter „addenda et emendanda" (pag. VIII) reponere coactus sum.

Duobus magnis voluminibus, quibus Regesta Summorum Pontificum ab anno 1198 ad 1304 existentium continentur (ed. Aug. Potthast), cum ipse iam in priore editione huius Hierarchiae Catholicae medii aevi componenda nonnulla deprompsissem, quae ad rem spectarent, R. D. Al. Lang multo plura mecum humanissime communicavit, quae ex opere Potthastii hauserat. Eiusdem Al. Langii Acta Salzburgo-Aquilegensia aliqua mihi praebuerunt, quibus quae de archiepiscopatu Salisburgensi eiusque suffraganeis in primo volumine habentur, emendari potuerunt. Etiam cl. v. Langii in me humanitatem gratissima memoria prosequor.

Quae cum ita sint, in hac primi voluminis altera editione vix pagina invenitur, in qua non hoc vel aliud emendatum sit. Quare non erit, qui neget alteram editionem dignam esse, cui etiam in illis bibliothecis, quae primam editionem comparaverunt, iuxta illam locus relinquatur.

Dispositio operis eadem est atque prioris editionis:

Liber primus, qui est tripartitus, continet in **prima parte** seriem Summorum Pontificum et S. R. E. Cardinalium secundum ordinem temporum, in **altera** notitiam cardinalium per titulos ipsorum dispositam, in **tertia** nomina et cognomina eorundem cum denominationibus „vulgariter" adhibitis.

Atque in prima quidem parte ea omnia sunt reportata, quae in registris similibusque libris archivi Vaticani de Summorum Pontificum electionibus et Cardinalium promotionibus sunt notata, neque ea sunt neglecta, quae Contelorius, Ciaconius-Oldoinus, Cardella, alii praestantiores auctores hac de re scripserunt.

At nova, quae usui esse poterant, adiecta sunt haec: tum subscriptiones cardinalium, prout exhibentur in Potthastii regestis Pontificum Romanorum supradictis tum quae de cardinalibus a curia Romana discedentibus eoque redeuntibus in „libris obligationum et solutionum" notata inveniuntur, tum illa testimonia, quae Baluzius in Vitis paparum Avenionensium exhibuit. — Postquam prima pars ita digesta praesto fuit, ex hac ipsa stabiliebatur in altera parte series cardinalium secundum titulos tam certo modo, ut discrepantiae, quae alibi invenirentur, secus haberi possent et ad annotationes relegari. — In parte tertia non solum enumerantur cardinalium nomina et cognomina secundum ordinem litterarum, sed adiectae sunt etiam denominationes vulgares, quae in codicibus tabularii Vaticani reperiuntur. Inde enim a saeculo XIV. ac deinceps mos invaluit adhibendarum „vulgariter" praeter titulos aliarum designationum in nomenclatura cardinalium. Veluti, si fuerunt episcopi sive abbates, nomina adsciscebantur dioecesium monasteriorumve, si vero nobiles, nomina familiarum addebantur, ac designationes denique patriae, unde oriundi erant, occurrunt. Conferantur exempli gratia nomina quattuor cardinalium, quos ultimos creavit Innocentius VII. (p. 26 n. 8—11).

In libro secundo sedes ecclesiasticae, quo facilius inveniantur, ordine litterarum explicite enumerantur.

De dioecesibus quadrifariam refertur: primo loco significatur, qua de causa (veluti „per obitum" sive „per translationem" sive „per amotionem" decessoris) episcopatus vacarit; tum nominatur novus episcopus indicaturque dignitas, qua antea functus erat; tertio notatur tempus, quo ad illum episcopatum sit promotus; quarto demum locus, ubi exstet documentum promotionis, significatur.

Ubi (sc. quarto loco) si remittitur ad registrum Summi Pontificis (cui, nisi in tabulario Vaticano strictissime sic dicto, sed potius in Avenionensi vel Lateranensi tabulariis S. Sedis asservatur, additur „Av". vel „Lat.") vel etiam ad Arm[arii] XII lib. 121, in quo provisiones ab Alexandro V., Joanne XXIII., Martino V. effectae a scriptore quodam saec. XVII. sunt compilatae, vel, si instrumentum provisionis non exstabat, ad „Obl." i. e. ad tomos, in quibus habentur obligationes praelatorum pro solvendo servitio communi faciendae, quae brevi post provisionem factam praestari solebant: statuendum est episcopum, ad quem illa fontium indicatio est referenda, per provisionem apostolicam esse promotum. Qui si a capitulo cathedrali ante provisionem factam electus erat, secundo loco addebatur „el[ectus], prov[isus]". Tamen interdum accidit, ut Sedes Apostolica electum a capitulo reiceret et pro eo alium nominaret, cum electionis habitae vel mentio fieret vel non.

Si vero quis provisione sedis apostolicae generaliter nondum vigente fuerat promotus (sed a capitulo cathedrali ipsius dioeceseos electus), neque igitur documentum in tabulario Vaticano de hac re potest exstare, illi loci indicantur, quibus Gamsius celeberrimus ille auctor operis, cui titulus: „Series episcoporum", sive alii eandem rem tetigerunt.

Quoniam autem e Registris Summorum Pontificum, maxime Urbani VI., aliqua temporum iniquitate perierunt neque de provisionibus, quae in registris deperditis inerant, alia instrumenta in tabulario Vaticano exstant, raro etiam ad Gamsii opus recurrendum erat.

Reliquum est, ut de appendicibus pauca dicamus. Iisdem vero, quibus prior editio, haec altera ornata est appendicibus duabus, quarum I. exhibet Provinciale Ecclesiae Romanae, i. e. conspectum sedium episcopalium secundum situs terrarum, qua in appendice conficienda exemplaria saec. XIII. vel etiam prius composita adjuvabant, ita tamen, ut et dioeceses postea conditas adderem et alias, ad quas praesules non jam promovebantur, omitterem; II. vero nomina dioecesium vulgaria ordine alphabetico allata subministrat.

Accedit autem ad has duas appendix III., h. e. elenchus omnium episcoporum, qui eodem tempore, quod hoc volumine complectitur, suffraganeos seu auxiliares aliorum episcoporum agebant, et digestus quidem ordine dioecesium earum orbis catholici partium, sc. Italiae, Hispaniae et Portugalliae, Galliae, Britaniae majoris, Belgii et Hollandiae, Helvetiae, Germaniae, Austriae et Hungariae, Poloniae, in quibus pontificalia exercebant.

In priore quidem huius primi voluminis editione ille elenchus non invenitur, cum volumini alteri adiunctus sit, complectens ibi et primi et secundi voluminum spatia temporis.

Postremo novae emendationes, quae in tomis II et III erant faciendae, adjunguntur.



Sigla:

abb. = abbas;
advoc. consist. = advocatus consistorialis;
adiac. = archidiaconus;
admin. = administrator, administratio;
aep. = archiepiscopus;
am(ot). = amotio;
a. = annus;
ann. = annuus;
a. s. a. = apud sedem apostolicam;
apost. = apostolicus;
apresb. = archipresbyter;
bacc. = baccalaureus;
benef. = beneficium;
cam. apost. = camera apostolica;
can. = canonicus, canonicatus;
capell. = capellanus;
cap(it). = capitulum;
card. = cardinalis;
cass. = cassatio;
caus. pal. apost. = causarum palatii apostolici;
cler. = clericus;
coadj. (c. j. s.) = coadjutor (cum iure successionis;
coll. = collatio;
comm(end.) = commenda, commendatarius;
conc(ed). = concedit(ur);
confer. = conferendi;
cons(ecr.) = consecratus, consecratio;
cons(ist.) = consistorium;
const(it.) = constitutus;
C. R. = Curia Romana;
decr. vel leg. dor = decretorum vel legum doctor;
def. aet. = defectus aetatis;
def. nat. = defectus natalium;
denom. = denominatio;
deput. = deputatur;
desid. = desideratur;
diac. = diaconus;
dign. = dignitas;
d(ioec.) = dioecesis;
disc. = discordia;
disp. = dispensatur, dispensatio.

eccl. = ecclesia;
el. = electus;
ep. = episcopus;
epatus. = episcopatus;
exped. = expeditio, expediuntur;
fam(il). = familiaris;
fruct. = fructus;
immed. subj. = immediate subiecta (ecclesia);
ind. = indultum;
ips. eccl. = ipsius ecclesiae;
irreg. = irregularitas;
irr(it). = irritatio;
iuram. fidel. = iuramentum fidelitatis;
libr. Tur(on.) = librae Turonenses;
litt. = litterae;
mag. theol. = magister theologiae;
mens. episc. = mensa episcopalis;
in min. const. = in minoribus (ordinibus) constitutus;
mon. = monasterium;
nob. = nobilis;
nom. = nomen;
nom(in.) = nominatus;
not. = notarius;
ob. = obitus;
obl. se person. = obligavit se personaliter;
O. S. B. = Ordinis s. Benedicti;
s. Bas. = s. Basilii;
Can. s. A. = Canonicorum (regularium) s. Augustini;
Carm. = Carmelitarum;
Carth. = Carthusianorum;
Cist. = Cisterciensis;
Clun. = Cluniacensis;
Coel. = Coelestinorum;
Er. s. A. = Eremitarum s. Augustini;
Merc. = Mercedariorum;
Min. = Minorum;
Praed. = Praedicatorum;
Praem. = Praemonstratensis;
p. e. = parochialis ecclesia;
pens. = pensio;

poenit. = poenitentiarius;
poss. = possessio;
postm. = postmodum;
postul. = postulatus, postulatio;
praedec. = praedecessor;
prael. domest. = praelatus domesticus;
praepos. = praepositus;
praes. = praesens (a. s. a.);
praes(ent.) = praesentatus;
princ. = princeps;
prior pr. = prior prioratus;
priv. = privatio;
procur. = procurator;
prof. s. pag. = professor s. paginae;
prom. = promotio, promotus;
proton(ot). = protonotarius;
prov. = provisus, provisio;
refer(end.) = referendarius;
reg. = regularis;
rej. = rejectus;
ren(unt). = renuntiatio;
reserv. = reservatio, reservatus;
res(ign). = resignatio;
ret. = retentio, retinet;
rev(oc). = revocatio;
saec. eccl. = saecularis ecclesia;
sacr. ord. = sacri ordines;
s. coll. = sacrum collegium;
sed. apost. = sedes apostolica;
S. R. E. = sanctae Romanae ecclesiae;
S. S. = Sua Sanctitas;
serv. comm. solv. = servitium commune solvendum;
in spir. et temp. = in spiritualibus et temporalibus;
subdiac. = subdiaconus;
suffr. = suffraganeus;
S. P. = summus pontifex;
thes(aur). = thesaurarius;
tr. = translatio, translatus;
ut a quocumque (*adde*: antistite catholico possit munus consecrationis recipere);
vac. = vacans;
vic. gen. = vicarius generalis.



Addenda et emendanda.

pag.

28 nr. 24: Joannes card. de Murolio, † 1399 Febr. 10, sepultus est (ex ultima volunt.) in eccl. fratrum Min. Claromonten.

49 not. 2 ad s. Eustachii lin. 3 lege „ad diac. s. Eust." loco „ad s. diac. Eust."

69 ad Achaden.: Carus O'Torpy (O'Torpa) † 1226 et Murhardus O'Hara erant O. Cist.

70 ad Acheruntin.: nota 13 pertinet ad textus not. 14 et nota 14 ad textus not. 13.

72 col. 1 lin. 2 lege: „ob. Andreae" loco „ob. Andrese", quae verba insuper in lin. 3 reponenda sunt.

76 ad Agathen.: Raimundus (1192) erat O. Cist.

87 ad Anavarzen.: Eiringus erat O. Cist., † 1439 Maii 4, sep. in suo mon. Ebracen.

98 ad Aquen. (*Acqui*) not. 8 lege 1370 loco 1270.

102 ad Ardachaden.: Jocelinus O'Tormaig erat O. Cist., res. (non †) 1237.

112 ad Assaven.: textus notae 5 pertinet ad Lewelinum (1357), non ad ejus praedec. Joannem.; ejus alter successor Laurentius erat O. Cist.

119 ad Autissiod.: Rainaldus de Saligny erat O. Cist.

127 ad Bangoren.: Martinus (1215) erat O. Cist.

131 ad Bellicen.: Thomas (1249, non 1250) erat O. Cist.

134 ad Bethleem.: Rainerius, qui non 1218/24, sed 1210/27 sedisse dicitur, erat O. Cist.

138 ad Bituricen.: Guilelmus (1199, non 1200), cujus antecessor ad a. 1199 (non 1200) sedebat, erat O. Cist.

141 ad Bosan.: Thomas (1259) erat O. Cist.

145 ad Bremen. not. 1 in fine: Waldemarus intrusus † 1237 in mon. de Loccum O. Cist.

153 ad Caesaraug.: Vincentius de Arag. (1239, † 1244 Febr. 15) erat O. Cist.

153 ad Caesareen. not. 5: Joannes erat O. S. B.

163 ad Capitoliaden.: Joannes O. Cist. (1350) erat de Volkenroda (non de Walkenroda).

166 ad Carcassonen.: Guido (1211) erat O. Cist.

167 ad Carnoten.: Gualterus (1219) O. Cist. fuisse dicitur (non O. S. B.).

172 ad Castorien. not. 4 add.: „Qui (Hermannus) a. 1408 capellam s. Joannis Ulmen. dioec. Constantien. consecrasse dicitur."

187 ad Cicestren.: Richardo (1215) erat cogn. „le Poor" (non: le Post).

192 ad Clochoren.: David O'Brogan (1227) erat O. Cist.

194 Guilelmus O'Finden (Finnan) ep. Cluanen. et Ubertus ep. Clugien., antea abbas mon. de Brondolo, erant O. Cist.

207 ad Convenarum.: Arnaldus (1241) erat O. Cist.

207 ad Conventren. et Lichef.: Alexander consecr. est Romae ab ipso S. P. 1224 Apr. 14 (non 13); Walterus (de Langton) † 1321 Nov. 9 (non 16); Rogerius (de Northburgh) † 1359 Nov. 22 (non 1358 Dec. 13); Richardus (Leskrope) cons. Januae ab Urb. VI.

208 ad Corduben.: Lupus de Fitero (1237) erat O. Cist.

212 ad Coronen.: inter Haimonem et Conradum inserendus est **Thomasius**, qui ex. a. 1297 vel in. a. 1298 ecclesiae Turicen. (*Zürich*) dioec. Constantien. quasdam indulg. largitus est.

218 ad Cupersan.: Stephanus (1266) erat O. Cist.

220 ad Cusentin. not. 11 lin. 3 lege „Pavonis" loco „Savonis".

224 ad Diagorg. haec nota 3 addenda est: „Qui (Walterus) suffr. epporum. Bambergen. et Herbipolen. agebat; † 2 Febr. (1381 ?) apud Carthus. Herbip."

231 ad Dunen.: Radulfus (1212) et Reginaldus erant O. Cist.

233 ad Eboracen.: Godfridus Viterbii (ab Alex. IV), Guilelmus (Greenfield) Lugduni, Guilelmus (da la Zouche) Avinione 1342 Jul. 7 (a Clem. VI) consecr. sunt.

237 ad Elfinen.: Malachias (1296) erat O. Cist.

238 ad Elnen.: Raimundus (1212), Arnaldus (1223, qui antea ep. Aeginen. fuisse dicitur), Raimundus (1225) erant O. Cist.

238 ad Elien.: Simon (Langham) consecr. 1362 Mart. 20.

257 ad Gabulen.: Ditmarus O. Cist. erat abbas mon. de Volkenroda.

268 ad Grossetan.: Pepus (1216) erat O. Cist., † 1239.

269 ad Guardien.: Antonio (1392) erat cogn. „de Rossi" (non „de Rocci").

273 ad Helenen.: Guido erat O. Cist.

274 ad Hereforden.: Aegidius cons. 1200 Sept. 24 (al. Jun. 24); col. 3 lege „Jul. 11" (non ql) et col. 4 „Gams 190" (non q90).

282 ad Jlerden.: Petrus (1236, transf. 1238 au Terraconen.) et Raimundus (Liscar) erant O. Cist.

289 ad Karleolen.: Hugo (1219) erat O. Cist.; Walterus (1224) † 1248 Oct. 28; Joannes (1292) cons. 1292 Sept. 14; Joannes (1325) Febr. 24 (non 25) consecr; Thomas (1397) cons. 1397 Apr. 23, † 1410; nota 11 haec est: „Consecr. 1400 Aug. 15"; illa nota, quae 11. erat, in 12., et ea, quae erat 12., in 13. mutari debet.

291 ad Landaven.: Guilelmus (1219) cons. Oct. 27 al. Nov. 3; Guilelmus (1245) cons. Febr. 19; Guilelmus (1257) cons. Jan. 7 (non 6), † 1266 Jan. 9; Guilelmus (1266) cons. Sept. 19; Joannes (1294) cons. 1297 Febr. 10; Joannes (1347) cons. Avinione; Edmundus (1389) cons. Jun. 20 Romae a Cosm. epo. Bononien. (postm. Innoc. VII); Andreas (1395) cons. Romae; Joannes (1396) cons. m. Jul.

306 ad Lincolnien.: Hugo (1209) cons. Dec. 20; Robertus (1235) cons. Jun. 3 al. Jul. 17.

312 ad Lubucen.: Laurentius (1209) erat O. Cist.

316 ad Lugdunen.: Radulfus (1236) erat O. Cist.



LIBER PRIMUS.

DE SUMMIS PONTIFICIBUS

ET

S. R. E. CARDINALIBUS.



Pars prima,

in qua Summi Pontifices et ab ipsis creati S. R. E. Cardinales chronologico enumerantur ordine.

I. Innocentius III.

(Joannes Lotharius e comitibus Signiae, ss. Sergii et Bacchi diac. card.), Romae electus[1]) a. 1198 die 8 Jan. et consecratus ac coronatus die 22 Febr., obiit Perusii 16 Julii 1216.

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione a. 1198 facta:*

1) **Hugo(linus) e com. Signiae,** ejus consanguineus[2]) = diac. s. Eustachii (subscr. 1199 Jan. 4 – 1206 Apr. 30), postea (1206) ep. Ostien. et Velletren. (subscr. primum 24 Maii 1206), denique Gregorius papa IX;

2) **Gerardus (Girardus)** = diac. s. Nicolai in carcere Tulliano, qui a. 1199 ad tit. s. Marcelli translatus esse videtur[3]);

b) *in secunda promotione a. 1199 facta:*

3) **Guido Poré (Paré)**, abbas Cistercii — ep. Praenestin., qui a. 1204 fit aepus. Remen. et 1206 obiisse dicitur[4]);

c) *in tertia promotione a. 1200 facta:*

4) **Benedictus** = diac. s. Mariae in Domnica (subscr. 11 Nov. 1200), presb. tit. s. Susannae (subscr. a 23 Nov. 1201 u. ad 20 Apr. 1212), ep. Portuen. (subscr. a 26 Oct. 1213 u. ad 7 Mart. 1214), † 1216;

---

[1]) Tempore, quo electus est, florebant praeter ipsum hi S. R. E. cardinales: 1) Octavianus de Comitibus ep. Ostien. et Velletren. (1189—1206, subscr. usque ad 8 Nov. 1205); 2) Petrus Gallocia ep. Portuen. (1191—1211, subscr. usque ad 11 Aug. 1210); 3) Conradus de Wittelsbach aep. Maguntin. et ep. Sabinen. (1163—1200, subscr. 6 Nov. 1199); 4) Petrus Placentinus presb. tit. s. Caeciliae (1188—1208, subscr. u. ad 25 Jul. 1208); 5) Pandulfus Masca presb. bas. XII apost. (1182—1201, subscr. u. ad 11 Nov. 1200); 6) Adelardus ep. Veronen. et presb. tit. s. Marcelli (1184— ?); 7) Johannes ep. Viterbien. et presb. tit. s. Clementis, qui idem esse dicitur ac Johannes ep. Albanen., qui ut talis subscribit jam die 5 Apr. a. 1199, quamvis Johannes tit. s. Clem. adhuc die 9 Apr. 1199 ut talis subscribat; 8) Cinthius Sabellus tit. s. Laurentii in Lucina (1191—1217, subscr. u. ad 4 Mart. 1217), postea ep. Portuen. (subscr. ante m. Apr. u. ad 24 Jul. 1217); 9) Guido de Papa (Papareschi) tit. s. Mariae tr. Tib. (1190—1208, v. infra annot. 4); 10) Hugo tit. s. Martini (1191—1205, subscr. u. ad 8 Nov. 1205); 11) Bernardus tit. s. Petri ad vinc. (1190—1204, subscr. u. ad 19 Apr. 1204); 12) Goffredus (Soffredus) tit. s. Praxedis (1184—1208, quo anno fit ep. Pistorien.); 13) Johannes de s. Paulo tit. s. Priscae (1184—1205, subscr. u. ad 2 Dec. 1204), postea (—1216) ep. Sabinen. (subscr. 1205 Jan. 9—1214 Apr. 21); 14) Guilelmus aep. Remen. et presb. tit. s. Sabinae, qui ut talis subscribit 1201 Dec. 23, creatus vero jam a. 1184; 15) Jordanus tit. s. Pudentianae (1188—1205, subscr. u. ad 30 Maii 1205, † 13 Febr. 1206); 16) Johannes tit. s. Stephani in C. m. (1191—1208, subscr. u. ad 1 Febr. 1208); 17) Goffredus de Insula abbas Cassinen. et presb. tit. ss. Marcellini et Petri (1191— c. 1200 ?); 18) Gerardus Allucingolus diac. s. Adriani (1182—1204, subscr. u. ad 19 Apr. 1204); 18) Gregorius diac. s. Angeli (1188—1202, subscr. u. ad 21 Mart. 1202); 20) Gratianus diac. ss. Cosmae et Dam. (1178—1205, subscr. u. ad 30 Maii 1205); 21) Gregorius de Monte Carello diac. s. Georgii (1190—1210, subscr. u. ad 11 Aug. 1210); 22) Cencius Sabellus diac. s. Luciae in Orthea seu Silice (1192, subscr. u. ad 13 Apr. 1200), postea presb. tit. ss. Johannis et Pauli (subscr. primo 23 Nov. 1201), denique Honorius papa III; 23) Gregorius diac. s. Mariae in Aquiro (1188, subscr. u. ad 4 Jul. 1199), postea presb. tit. s. Vitalis (subscr. 9 Mart. 1202 — 21 Jul. 1207); 24) Nicolaus Bobonis diac. s. Mariae in Cosm. (1190, subscr. u. ad 13 Apr. 1200); 25) Gregorius diac. s. Mariae in porticu (1188—1202, subscr. u. ad 23 Dec. 1201); 26) Petrus diac. s. Mariae in via lata (1192, subscr. u. ad 11 Nov. 1200), postea (—1214) presb. tit. s. Marcelli (subscr. 1201—1214 Apr. 21, cfr. lib. II s. v. Constantinopol. annot. 2); 27) Bobo diac. s. Theodori (1192—1199, subscr. usque ad 1 Junii 1199).

[2]) Abavus hujus Hugolini et abavus Innocentii III erant fratres germani.

[3]) Gerardus s. Nic. diac. card. postremum die 5 Aprilis 1199, Gerardus tit. s. Marcelli presb. card. primum die 5 Maii 1199 subscribit.

[4]) Secundum *Ciaconium-Oldoinum* antea tit. s. Mariae trans Tiberim presb. card.; sed Guidoni tit. s. Mariae tr. Tib. (cfr. annot. 1 nr. 9) erat cognomen „de Papa (Papareschi)", quem alii a. 1207 ab hoc titulo ad eccl. Praenestin. defuncto Guidone Poré promotum esse dicunt; ast uno eodemque die 25 Julii 1208 et Guido ep. Praenestin. et Guido tit. s. M. tr. T. presb. card. binis bullis Inn. III subscribunt; quo quidem die subscripsit ultima vice Guido tit. s. Mariae tr. Tib. subscribente Guidone epo. Praenestin. adhuc a. 1221, quare, si Guido Papareschi revera ad eccl. Praenestin. translatus est, haec translatio, de qua tamen dubitandum, non prius quam a. 1208 inter 25 Jul. et 20. Dec., quo posteriore die nova subscriptio Guidonis epi. Praen. invenitur, fieri potuit.

5) **Leo Brancaleo** = diac. s. Luciae in Septisolio (subscr. 9 Mart. 1202), postea (1202) presb. tit. s. Crucis in Jerusalem (subscr. 19 Mart. 1202 u. ad 23 Mart. 1224), † c. 1230;
6) **Matthaeus** = diac. s. Theodori (subscr. ab 11 Nov. 1200 u. ad 30 Maii 1205), † c. 1205;
7) **Joannes e com. Signiae** = diac. s. Mariae in Cosm. (subscr. 10 Dec. 1201 — 6 Maii 1206), † 1213 a. 14 Jun.;

d) *in quarta promotione a. 1205 facta:*[1])

8) **Nicolaus**[2]) de Romanis = ep. Tusculan. (subscr. 1205 Maii 5 — 1219 Sept. 14?), † 1219;
9) **Guido Pierleone** = diac. s. Nic. in carc. Tull. (subscr. a 30 Maii 1205 u. ad 27 Apr. 1221), postea (1221) ep. Praenestin. (subscr. a 3 Apr. 1222 u. ad 13 Mart. 1228), † 1228;
10) **Petrus de Morra** = diac. s. Angeli (subscr. 30 Maii 1205 — 6 Maii 1206), † c. 1206;
11) **Rogerius** = presb. tit. s. Anastasiae (subscr. 14 Maii 1206 — 30 Dec. 1211), † 1213;
12) **Joannes,** magister (artium?) = diac. s. Mariae in via lata (subscr. 4 Maii 1206 — 20 Apr. 1212), † 1216;
13) (**Jacobus**) **Guala,** el. Vercellen. = diac. s. Mariae in porticu (subscr. 21 Apr. 1206 — 31 Maii 1211), postea (1211) presb. tit. s. Martini (subscr. 30 Sept. 1211 — 30 Junii 1227), † 1227;[3])
14) **Octavianus e com. Signiae** = diac. ss. Sergii et Bacchi (subscr. 4 Maii 1206 — 31 Julii 1231), † 1231;
15) **Gregorius de Crescentio** = diac. s. Theodori (subscr. 22 Junii 1206 — 9 Maii 1226), † 1226;
16) **Joannes** = diac. ss. Cosmae et Dam. (subscr. primum 4 Maii 1206);[4])
17) **Pelagius Galvani** O. S. B. = diac. s. Luciae in Septisolio (subscr. 4 Maii 1206 — 10 Apr. 1210), postea (1210) presb. tit. s. Caeciliae (subscr. 31 Maii 1211 — 8 Aug. 1212), denique (1213) ep. Albanen. (subscr. 5 Aug. 1213 — 8 Mart. 1229), † ante m. Oct. 1232;
18) **Stephanus de Langton** = presb. tit. s. Chrysogoni (subscr. 22 Junii 1206 — 27 Mart. 1207),[5]) † 1228 Jul. 9;
19) **Petrus Saxonis** = presb. tit. s. Pudentianae, vicarius Urbis, (subscr. 4 Maii 1206 — 31 Maii 1219), † 1219;

e) *in quinta promotione a. 1211 facta:*

20) **Gerardus de Sessio** (al. de Sessa), aep. Mediolan. (antea ep. Novarien.) = ep. Albanen.[6]) † 1211 Dec. 15?

f) *in sexta promotione a. 1212 facta:*

21) **Angelus** = diac. s. Adriani (subscr. 15 Mart. 1212 — 21 Apr. 1214), † 1214;
22) **Joannes de Columna** = presb. tit. s. Praxedis (subscr. 15 Mart. 1212 — 17 Jan. 1244), † 1245;
23) **Petrus Duacensis** = diac. s. Mariae in Aquiro (subscr. 15 Mart. 1212 — 7 Mart. 1216), postea (1216) ep. Sabinen. (subscr. 19 Apr. 1217 — 7 Aug. 1219), † 1221;
24) **Bertinus** = diac. s. Georgii ad velum aureum (subscr. 15 Mart. 1212 — 4 Nov. 1213), † 1216;
25) **Stephanus de Ceccano** O. Cist. = presb. bas. XII apost. (subscr. 4 Nov. 1213 — 23 Sept. 1227), † 1227;

g) *in septima promotione a. 1216 facta:*

26) **Gregorius Theodulus** = presb. tit. s. Anastasiae (subscr. 7 Mart. 1216 — 23 Maii 1224), † 1227;
27) **Rainerius Capoccius**[7]) O. Cist. = diac. s. Mariae in Cosm. (subscr. 13 Apr. 1216 — 26 Apr. 1244), † 1250;
28) **Romanus Bonaventura** = diac. s. Angeli (subscr. 13 Apr. 1216 — 3 Jan. 1235), postea ep. Portuen. (subscr. 8 Junii 1236 — 29 Maii 1240),[8]) † 1243;
29) **Thomas de Episcopo,**[9]) aep. Neapol. = presb. tit. s. Sabinae (subscr. 1216 — 1239 Junii 23), † 1243 Aug. 22;
30) **Stephanus de Normandis** = diac. s. Adriani (subscr. 1216 — 1228 Febr. 22), postea (1228) presb. s. Mariae tr. Tib. (subscr. 1229 Mart. 8 — 1254 Jul. 22), archipresb. s. Petri (cfr. supra not. 7), † 1254 Dec. 8;

---

[1]) *Ciac.*=*Old.* scribunt, Cardinales infra nr. 14—19 nominatos 1206 m. Dec. creatos esse; sed cum omnes jam m. Maii vel Junii 1206 subscribant sicut cardinales nr. 11—13 nominati, unacum ipsis creati esse videntur (forsan in quadragesima a. 1206).

[2]) Poenitentiarius major. In libro a *Potthast* edito, cui titulus est „Regesta Pont. Rom." et in quo subscriptiones S. R. E. cardinalium, quas hic referimus, annotantur, t. I p. 462 nominatur Johannes; sed in bullis Inn. III, quibus subscribit, semper nominatur Nicolaus, quod nomen ei etiam ab aliis scriptoribus tribuitur.

[3]) Obtinet licentiam testandi 29 Maii 1227 (Reg. Greg. IX ed. *Auvray* nr. 124).

[4]) Cfr. parte II annot. 1 ad tit. ss. Joannis et Pauli.

[5]) Fit aep. Cantuarien. 17 Junii 1207.

[6]) Ut electus tantum (et apost. sedis legatus) occurrit in litt. Inn. III tum 1211 Dec. 3 tum 1212 Apr. 22; quum hac die adhuc vixisse videatur, non jam 1211 Dec. 15 obiit, sicut *Ciac.-Old.* scribunt.

[7]) Seu de Viterbio. M. Apr. 1246 unacum card. Stephano (I, 30) destinatur legatus in Sicilia, postea autem in patrimonio s. Petri et ducatu Spoletano; erat etiam vicarius Urbis.

[8]) Electus Portuen. jam a. 1231 (Reg. Greg. IX l. c. nr. 622, 3190, 6183). Erat vicarius Urbis.

[9]) Capuanus (magister Thomasius), poenit. major.

31) **Robertus Cursonus** (de Corzon, cfr. lib. II Constantinop. not. 2), can. Parisien. = presb. tit. s. Steph. in C. m. (subscr. 1216 Febr. 18 — 1219 Maii 31), † 1219;

32) **Petrus Campanus** O. S. B. = presb. tit. s. Laur. in Dam. (subscr. 1216 Apr. 13 — 1217 Oct. 10), † 1217;

33) **Al(d)ebrandinus Cajetanus** = diac. s. Eust., postea presb. tit. s. Susannae et ep. Sabinen., † 1223 Jan 11.[1])

II. Honorius III.

(Cencius Sabellus, tit. ss. Joannis et Pauli presb. card., cfr. p. 3 annot. 1 nr. 22), Perusii electus 1216 Julii 18[2]) et cons. ac coron. Jul. 24; obiit Romae die 18 Martii 1227.

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione m. Dec. a. 1216 facta:*

1) **Aegidius Hispanus** = diac. ss. Cosmae et Dam. (subscr. 1217 Apr. 17 — 1246 Julii 12), † 1255;[3])

b) *in secunda promotione a. 1219 facta:*

2) **Conradus de Urach** O. Cist. = ep. Portuen. (subscr. 1219 Aug. 7 — 1227 Aug. 9), † 1227 Sept. 30;

3) **Nicolaus de Claromonte** O. Cist. = ep. Tusculan. (subscr. 1220 Dec. 15 — 1226 Maii 9), † 1227;

4) **Petrus Capuanus,** el. Antiochen. = diac. s. Georgii (subscr. 1220 Dec. 15 — 1236 Febr. 26), † 1242;

c) *in tertia promotione a. 1225 facta:*

5) **Oliverius Saxo,** ep. Paderborn. = ep. Sabinen. (subscr. 1225 Sept. 28 — 1227 Aug. 9), † 1227.[4])

III. Gregorius IX.

(Hugolinus e com. Signiae, ep. Ostien., cfr. I, 1), electus Romae 1227 Mart. 19[5]) et coron. 21, obiit Romae die 22 Aug. 1241.

---

[1]) Quantum scimus, primum subscripsit die 18 Jan. 1217, quare dubitandum, utrum adhuc ab Inn. III an potius ab Hon. III promotus sit. Secundum *Potthast* ut diac. s. Eust. ultimum subscribit 1221 Mart. 15, ut presb. tit. s. Susannae 1221 Mart. 3 et ut ep. Sabinen. 1221 Apr. 27; in aliqua parte errorem adesse manifestum est. Cfr. lib. II Parisien. not. 2, quae docet, eum jam a. 1219 presb. tit. s. Sus. fuisse. — Apud *Ciac.-Old.* praeter supranominatos cardinales etiam hi ab Inn. III promoti leguntur: Maurus ep. Amelien., Gregorius ep. Sabinen., Ubertus aep. Mediolanen. et alter Ubertus aep. Mediolanen., Rodolfus ep. Atrebaten., Rainerius patr. (el.) Antiochen. et S. R. E. vicecancellarius, Sigefridus aep. Maguntin., Gualterius diac. s. Mariae in Porticu, Joannes (Dom. Trinci) tit. s. Cyriaci in Thermis. Sed nullibi inveniuntur subscripti ut cardinales, quare valde dubitandum est, num quis eorum ad hanc dignitatem promotus fuerit.

[2]) Illo tempore sec. *Ciac.-Old.* praeter ipsum hi S. R. E. cardinales erant: Nicolaus ep. Tusculan. (I, 8), Guido de Papa (?) ep. Praenestin. (cf. p. 3 annot. 1 nr. 9 et annot. 4), Hugolinus ep. Ostien. et Velletren. (I, 1), Benedictus ep. Portuen. (I, 4), Pelagius ep. Albanen. (I, 17), Cynthius tit. s. Laur. in Lucina (p. 3 annot. 1 nr. 8), Leo tit. s. Crucis in Hier. (I, 5), Petrus tit. s. Pudentianae (I 19), Jacobus Guala tit. s. Silv. et Mart. (I, 13), Joannes tit. s. Praxedis (I, 22), Robertus tit. s. Stephani (I, 31), Stephanus bas. XII apost. (I, 25), Stephanus tit. s. Chrysogoni (I, 18), Gregorius tit. s. Anastasiae (I, 26), Petrus tit. s. Laur. in Damaso (I, 23), Thomas tit. s. Sabinae (I, 29), Guido diac. s. Nicolai (I, 9), Octavianus diac. ss. Sergii et Bacchi (I, 14), Joannes diac. s. Mariae in via lata (I, 12), Gregorius diac. s. Theodori (I, 15), Joannes diac. ss. Cosmae et Dam. (I, 16), Rainerius diac. s. Mariae in Cosmedin (I, 27), Romanus diac. s. Angeli (I, 28), Bertinus (Bertrandus) diac. s. Georgii (I, 24), Stephanus diac. s. Adriani (I, 30), Petrus diac. s. Mariae in Aquiro (I, 23).

[3]) A. 1247 in aepum. Toletan. electus ab Inn IV non confirm. (Reg. Inn. IV ed. *Berger* nr. 3654); cfr. lib. II Terraconen. not. 1. Ei a *Ciac.-Old.* anteponuntur „Centius Sabellus ep. Portuen." et „Joannes Columna tit. s. Praxedis presb. card."; sed ille idem censendus est ac Cinthius, quem vide pag. 3 annot. 1 nr. 8, hic idem ac Joannes, qui supra I nr. 22 recensitus est.

[4]) Praeter hos a *Ciac.-Old.* enumerantur inter cardinales ab Hon. III creatos: Bertrandus Sabellus tit. ss. Joh. et Pauli (1216—1221), Petrus Romanus diac. s. Georgii, Nicolaus diac. s. Mariae in Aquiro, Bartholomaeus Gallus tit. s. Pudentianae, Thomas tit. s. Balbinae, Robertus tit. ss. Joh. et Pauli (1221). Sed tit. ss. Joh. et Pauli presb. card. a. 1217 fuisse Joannem (cfr. supra I, 16) eruitur ex ejus subscriptione, quare Bertrando, qui 1216—1223 hunc tit. occupasse dicitur, locus non est; sed cfr. lib. II not. 1 ad Arelaten.; Petrus Romanus idem esse videtur ac supra (nr. 4) nominatus Petrus Capuanus, quem quidem *Ciac.-Old.* discernunt, cum scribant, eum fuisse tit. s. Crucis in Hier., quod ita se habere non potest, cum a. 1202—1230 Leo (I, 5) hunc titulum obtinuerit; Bartholomaeus supradictus non ab Honorio III, sed a Gregorio IX a. 1227 creatus est (v. pag. 6 not. 2); Thomas erat tit. s. Sabinae, non s. Balbinae presb. card. (cfr. I, 29); ceterorum supradictorum (Nicolai diac. s. Mariae in Aqu. et Roberti tit. ss. Joh. et Pauli) saltem nullam invenire potuimus subscriptionem.

[5]) Tunc praeter ipsum hi S. R. E. cardinales existebant: Nicolaus ep. Tusculan. (II, 3), Pelagius ep. Albanen. (I, 17), Guido ep. Praenestin. (non Papareschi, sed Pierleone cognominatus, cf. I, 3 et 9), Conradus ep. Portuen. (II, 2), Leo tit. s. Crucis in Hier. (I, 5), Jacobus Guala tit. ss. Silv. et Mart. (I, 13), Stephanus bas. XII apost. (I, 25), Stephanus tit. s. Chrysogoni (I, 18), Gregorius tit. s. Anastasiae (I, 26), Thomas tit. s. Sabinae (I, 29), Joannes tit. s. Praxedis (I, 22), Octavianus diac. ss. Sergii et Bacchi (I, 14),

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione m. Sept. a. 1227 facta:*

1) **Joannes Halgrin** de Abbatisvilla O. Clun., patr. Constantinop. (olim aep. Bisuntin.) = ep. Sabinen. (subscr. 1227 Sept. 23 — 1237 Aug. 25), † 1238;

2) **Gaufridus Castillionaeus** = presb. tit. s. Marci (subscr. 1227 Sept. 23 — 1239 Mart. 24), postea (1239) ep. Sabinen. (subscr. primo 1239 Apr. 15), denique Coelestinus papa IV;

3) **Rainaldus e com. Signiae** = diac. s. Eustachii (subscr. 1227 Sept. 23 — 1235? Jan. 3), postea (1234) ep. Ostien.[1]) (subscr. primo 1234 Aug. 24), denique Alexander pp. IV;

4) **Sinibaldus de Flisco** mag. (decr.?), vicecancellarius = presb. tit. s. Laur. in Luc. (subscr. primum 1227 Sept. 23), postea Innocentius pp. IV;

5) **Bartholomaeus** mag. (decr.?), can. et el. Cathalaunen.[2]) = tit. s. Pudentianae, † 1230;

6) **Otto de Monteferrato**[3]) = diac. s. Nic. in carc. Tull. (subscr. 1227 Sept. 23 — 1244 Apr. 26), postea (1244 Maii 28) ep. Portuen. (subscr. 1245 Jan. 23 — 1247 Oct. 23), † 1251;

b) *in secunda promotione a. 1228 facta:*

7) **Jacobus de Vitriaco,** ep. Acconen. = ep. Tusculan. (subscr. 1229 Julii 29 — 1239 Junii 23[4]), † 1240;

8) **Nicolaus e com. Signiae** = presb. tit. s. Marcelli, † 1239;

c) *in tertia promotione m. Sept. 1231 facta:*

9) **Jacobus de Pecoraria** O. Cist. = ep. Praenestin.[5]) (subscr. 1234 Nov. 7 — 1244 Apr. 26), † 1244 Jun. 25;

10) **Simon de Solliaco** (Sully) = presb. tit. s. Caeciliae, † 1232 Jun. 25;

d) *in quarta promotione a. 1239 facta:*

11) **Robertus de Somercote,** mag. = diac. s. Eustachii[6]) (subscr. 1239 Apr. 15 — 1240 Maii 29), † 1251 Sept. 26;

12) **Richardus de Annibaldis**[7]) = diac. s. Angeli (subscr. 1239 Apr. 15 — 1273 Jan. 13), vicarius Urbis, † 1276;

13) **(S.) Raimundus Nonnatus** O. Merc. = diac. s. Eustachii,[8]) † 1240 Aug. 26.[9])

IV. Coelestinus IV.

(Gaufridus Castillionaeus, ep. Sabinen., cfr. III, 2), electus Romae 1241 Oct. 25[10]), coron. 27 (?), obiit 10 Nov. 1241.

Ab eo ne unus quidem S. R. E. cardinalis creatus est.

Rainerius diac. s. Mariae in Cosmedin (I, 27), Romanus diac. s. Angeli (I, 28), Stephanus diac. s. Adriani (I, 30), Aegidius diac. ss. Cosmae et Dam. (II, 1), Petrus diac. s. Georgii (II, 4).

1) Electus Ostien. jam a. 1232 (Reg. Greg. IX l. c. nr. 876).

2) *Ciac.-Old.* eum iam ab Hon. III promotum dicunt, sed hac in re errant; nam 1227 Julii 21 Gre. IX inquiri iussit super electione in epum. Cathalaun. de mag. Bartholomaeo can. ipsius eccl. et R. de Torota can. Remen. in disc. facta, die vero 22 Mart. 1228 propter assumpt. dicti mag. Barth. in Card. (tit. s. Pudentianae) et irritatam elect. de R. de Torota in epum. Cathalaun. factam jussit novam institui electionem (a. 1 ep. 140, a. 2 ep. 9, ed. *Auvray* nr. 140 et 192); illum Barth. ut cardinalem non prius subscripsisse constat quam die 29 Sept. 1227, ita ut minime dubitandum sit, quin unacum Joanne Halgrin et aliis in quatuor temporibus mensis Sept. a. 1227 promotus sit; ultimo subscr. 1230 Junii 5.

3) Filius Guilelmi march. Montisferrati, mag. art., cui a multis script. tribuitur cogn. „Candidus" seu „Blancus", quod quidem competit cardinali Odoni ex ord. Cist. (cfr. infra V, 3).

4) Cfr. lib. II Hierosol. ad a. 1239.

5) Electus adhuc 3 Jan. 1235, epus. jam 15 Mart. 1235 (Reg. Greg. IX l. c. nr. 1969 et 2734). Erat vicarius Urbis.

6) Non s. Adriani, qui 23 Maii 1236, tunc subdiac. papae, obtinet facult. recip. aliud benef. eccl. (Reg. Greg. IX l. c. nr. 3179).

7) Seu Annibaldeschis O. S. B., nepos supradicti Raynaldi de Signia.

8) Quem quidem titulum eo tempore Robertus de Somercote (v. supra nr. 11) occupabat.

9) Praeter hos a *Ciac.-Old.* enumerantur inter cardinales a Greg. IX creatos: Guido diac. s. Eustachii, Raimundus de Pons ep. Petragoricen., Franciscus Cassardus tit. s. Martini presb. card.; sed nullius eorum aliqua nota est subscriptio.

10) Tunc praeter ipsum existebant hi S. R. E. cardinales: Romanus ep. Portuen. (I, 28), Rainaldus ep. Ostien. (III, 3), Jacobus ep. Praenestin. (III, 9), Thomas tit. s. Sabinae (I, 29), Joannes tit. s. Praxedis (I, 22), Sinibaldus tit. s. Laur. in Luc. (III, 4), Stephanus tit. s. Mariae tr. Tib. (I, 30), Rainerius diac. s. Mariae in Cosmedin (I, 27), Aegidius diac. ss. Cosmae et Dam. (II, 1), Petrus diac. s. Georgii (II, 4), Otto diac. s. Nicolai (III, 6), Richardus diac. s. Angeli (III, 12).

V. Innocentius IV.

(Sinibaldus de Flisco, tit. s. Laur. in Luc. presb. card., cfr. III, 4), electus Anagniae 1243 Junii 25[1]) et consecr. ac coron. 28, obiit Neapoli 1254 Dec. 7.

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 28 Maii 1244 facta:*

1) **Petrus de Collemedio,** aep. Rothomag. = ep. Albanen. (subscr. 1245 Jan. 23 — 1252 Junii 11), † 1253 Maii 25;
2) **Guilelmus de Sabaudia,** olim (1222—1233) ep. Mutinen. = ep. Sabinen. (subscr. 1244 Sept. 27 — 1251 Febr. 17), fit legatus in Norwegia et Suecia 1246 Oct. 30, † 1251 Mart. 31;
3) **Odo de Castro Radulfi** O. Cist.[2]) = ep. Tusculan. (subscr. 1245 Jan. 23 — 1273 Jan. 13), † 1273 Jan. 25;
4) **Petrus de Barro** O. Cist. = presb. tit. s. Marcelli (subscr. 1244 Sept. 27 — 1252 Febr. 25), postea (1252) ep. Sabinen. (subscr. 1251 Mart. 5 — Junii 12), † 1252;
5) **Guilelmus de Talliante,** abbas mon. s. Facundi dioec. Legionen. = presb. bas. XII apost. (subscr. 1245 Jan. 23 — 1249 Sept. 17), † 1250;
6) **Joannes de Toledo** O. Cist., mag., Anglus = presb. tit. s. Laur. in Luc. (subscr. 1244 Sept. 27 — 1262 Apr. 1), postea (1262 Dec. 24) ep. Portuen. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1275 Apr. 1), vicarius Urbis, † 1275 Julii 13;
7) **Hugo de s. Caro** O. Praed., mag. theol. = presb. tit. s. Sabinae (subscr. 1245 Jan. 23 — 1263 Febr. 16;)[3])
8) **Goffridus Castillionaeus,** Tranensis = diac. s. Adriani (subscr. 1245 Jan. 23 — Mart. 21), † 1245 m. Mart.;
9) **Octavianus Ubaldini**[4]) = diac. s. Mariae in via lata (subscr. 1244 Sept. 27 — 1268 Febr. 28), † 1273;
10) **Petrus Capoccius,** Romanus = diac. s. Georgii (subscr. 1244 Sept. 27 — 1259 Apr. 30), † 1259 Maii 20;
11) **Joannes Cajetanus Ursinus** = diac. s. Nicolai (subscr. primo 1244 Sept. 27), postea Nicolaus pp. III;
12) **Guilelmus Fliscus** de com. Lavaniae[5]) = diac. s. Eustachii (subscr. 1244 Sept. 27 — 1255 Aug. 28), † 1256;

b) *in secunda promotione m. Dec. 1251 facta:*

13) **Jacobus Herebertus de Porta** O. Cist. = ep. Portuen. (subscr. 1252 Apr. 20 — 1253 Apr. 13), † 1255;
14. **Ottobonus Fliscus** de com. Lavaniae = diac. s. Adriani (subscr. primo 1252 Febr. 6), postea Adrianus pp. V;
15) **Stephanus de Vancsa,** aep. Strigon. = ep. Praenest. (subscr. 1253 Febr. 25 — 1268 Febr. 28), † 1270 Jul. 9.[6])

VI. Alexander IV.

(Rainaldus e com. Signiae, ep. Ostien., cfr. III, 3), electus Neapoli 1254 Dec. 12[7]) et coron. 20. obiit Viterbii die 25 Maii 1261.

Ab eo nullus S. R. E. cardinalis creatus esse videtur.[8])

VII. Urbanus IV.

(Jacobus Pantaleonis Gallus, patriarcha Hierosol., antea ep. Virdunen.), electus Viterbii 1261 Aug. 29[9]) et coron. Sept. 4, obiit Perusii 1264 Oct. 2.

---

[1]) Tunc Cardinales in annot. 10 pag. 6 nominati jam defuncti erant: Romanus ep. Portuen. (I, 28) et Petrus diac. s. Georgii (II, 4).

[2]) Olim cancellarius Parisiensis, vulg. „Candidus" seu „Blancus" interdum appellatus; cfr. pag. 6 not. 3.

[3]) M. Dec. 1261 ad Ostien. trf., sed paulo post Henrico de Barth. (VII, 8) ipsum epatum. cedit (cfr. *Revue d'hist. et de litter. relig. V,* 325 *s.*). Erat poenit. major, † 1263 Mart. 19.

[4]) Florentinus seu de Mugello prope Flor., tunc admin. eccl. Bononien.

[5]) Nepos ipsius S. P., sicut Ottobonus nr. 14 recensitus.

[6]) Praeter hos a *Ciac.-Old.* enumerantur inter cardinales ab Innoc. IV creatos: Berardus Caracciolus (cfr. p. II Sabinen. annot. 4), Otto Grillus diac., Joannes ep. Sabinen. (1252—1255), Richardus (abbas Casinen.) tit. s. Cyriaci, Goffridus Pisanus diac. ss. Sergii et Bacchi, Nicolaus ep. Sabinen. (a. 1244 apost. sedis leg. in Pruscia), Albus O. Cist., Odo Rigaldi aep. Rothomagen.; sed nullius eorum extat subscriptio. Odo Rigaldi minime erat promotus ad dign. cardin.; non Nicolaus, sed Guilelmus ep. Sabinen. (V, 2) a. 1244 munere legati apost. sedis in Pruscia fungebatur; Albus idem esse videtur atque Odo de Castro Radulfi (V, 3) aut Petrus de Barro (V, 4) vel Joannes de Toleto (V, 6).

[7]) Tunc praeter ipsum hi S. R. E. cardinales existebant: Odo ep. Tusculan. (V, 3), Jacobus ep. Portuen. (V, 13), Stephanus ep. Praenestin. (V, 15), Joannes tit. s. Laur. in Luc. (V, 6), Hugo tit. s. Sabinae (V, 7), Aegidius diac. ss. Cosmae et Dam. (II, 1), Richardus diac. s. Angeli (III, 12), Octavianus diac. s. Mariae in via lata (V, 9), Petrus diac. s. Georgii (V, 10), Joannes (non Jacobus) diac. s. Nicolai (V, 11), Guilelmus diac. s. Eustachii (V, 12), Ottobonus diac. s. Adriani (V, 14); sed Odo ep. Tusculan. et Petrus diac. s. Georgii erant absentes.

[8]) Sec. *Ciac.-Old.* Thesaurus de Beccaria Papiensis O. Vallisumbr. abbas generalis promotus est.

[9]) Tunc Cardinales supra annot. 7 nominati e vivis decesserant: Jacobus ep. Portuen. (V, 13), Aegidius diac. ss. Cosmae et Dam. (II, 1), Petrus diac. s. Georgii (V, 10), Guilelmus diac. s. Eustachii (V, 12); reliqui octo adhuc inter vivos existebant, sed Stephanus ep. Praenestin. tunc absens (in Hungaria) fuisse dicitur.

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione die 17 (24) Dec. 1261 facta:*[1])

1) **Guido Fulcodi,** aep. Narbonen. = ep. Sabinen. (subscr. primo 1263 Jan. 9), postea Clemens pp. IV;
2) **Radulfus Grosparmi,** ep. Ebroicen. = ep. Albanen. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1265 Nov. 4), † 1270 Aug. 11;
3) **Simon Paltinarius** de Monte Silice, mag. (decr.?), can. Paduanus[2]) = presb. tit. s. Martini, † 1277;
4) **Simon Mompi(tiu)s,**[3]) Gallus = presb. tit. s. Caeciliae (subscr. primo 1263 Nov. 13), postea Martinus pp. IV;
5) **Hubertus de Coconato,**[4]) Astensis = diac. s. Eustachii (subscr. 1262 Jan. 23 — 1275 Apr. 1), † 1276 Julii 13;
6) **Jacobus Sabellus** = diac. s. Mariae in Cosm. (subscr. primo 1262 Jan. 23), postea Honorius pp. IV;
7) **Gaufridus de Alatro** = diac. s. Georgii (subscr. 1262 Jan. 23 — 1286 Junii 11),[5]) † 1287;

b) *in secunda promotione m. Maii*[6]) *1262 facta:*

8) **Henricus de Bartholomaeis,**[7]) aep. Ebredun. = ep. Ostien. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1268 Febr. 28), † 1271 Oct. 25;
9) **Ancherus Pantaleonis,**[8]) nepos = presb. tit. s. Praxedis (subscr. 1263 Jan. 9 — 1286 Maii 1), † 1286 Nov. 1;
10) **Guilelmus de Braio,**[9]) Gallus = presb. tit. s. Marci (subscr. 1263 Jan. 9 — 1275 Mart. 23), † 1282 Apr. 29;
11) **Guido** abbas Cistercii = presb. tit. s. Laur. in Luc. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1268 Febr. 28), † 1272 Maii 20;
12) **Annibaldus de Annibaldeschis** seu de Molaria O. Praed., mag. theol. = presb. bas. XII apost. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1267 Jan. 13), † Urbeveteri a. 1272.
13) **Jordanus Piruntus de Comitibus** (Terracinae), vicecancell. S. R. E. = diac. ss. Cosmae et Dam. (subscr. 1263 Jan. 9 — 1267 Jul. 15), † 1269;
14) **Matthaeus Rubeus Ursinus** = diac. s. Mariae in porticu (subscr. 1263 Jan. 9 — 1302 Febr. 16),[10]) † 1305 Sept. 4.

VIII. Clemens IV.

(Guido Fulcodi, ep. Sabinen., cfr. VII, 1), electus Perusii 1265 Febr. 5[11]) et coron. 15, obiit Viterbii 1268 Nov. 29.

Ab eo ne unus quidem S. R. E. cardinalis creatus esse videtur.[12])

IX. Gregorius X.

(The[d]aldus de vicecomitibus Placentiae, archidiac. Leodien.),[13]) electus Viterbii 1271 Sept. 1,[14]) consecr. et coron. Romae 1272 Martii 27, obiit Aretii 1276 Jan. 10.

---

[1]) Rogerius Lovel, regis Angliae apud sedem apost. procurator, dum ipsum regem litteris 6 Febr. 1262 datis de hac promotione certiorem reddit, scribit, eam factam esse sabbato ante festum Natalis Domini; sed quum a. 1261 vigilia hujus festi ceciderit in sabbatum et promotiones illae sabbato in quatuor temporibus fieri solitae fuerint, promotio supradicta non die 24, sed 17 m. Dec. facta esse videtur. Cfr. *Revue d'hist. et de litter. relig. V*, 326 cfr. 322.

[2]) Quondam electus vel admin. eccl. Aversan. — Contra eum ut diffamatum Urb. IV litt. 9 Jan. et 7 Febr. 1262 datis (a. 1 [t. 26] epp. 37, 46) inquiri iussit vetuitque, ne interim ad collegium card. admitteretur neve capellum rubeum vel alia insignia cardin. deferret; subscr. 1263 Jan. 9 — 1275 Apr. 1 Cfr. lib. II Remen. annot. 4.

[3]) Seu de Brion, tunc thesaur. mon. s. Martini Turonen. et cancellarius vel potius signi regalis custos regis Franciae.

[4]) Alias, sed minus recte, e comit. de Ilcio.

[5]) Die 24 Sept. 1284 fit protector abbatiae monialium s. Andreae de Fractis de Urbe.

[6]) Gregorius decanus eccl. Bajocen., qui scripsit vitam Urbani IV, narrat, eum duas ordinationes (cardinalium), unam in Decembris (1261), alteram in Maii (1262) mensibus fecisse, in quibus 14 cardinales ordinatos ostendit; sed si haec posterior creatio in IV temporibus, ut moris erat, facta est, non mensi Maio, sed diei 11 Junii adscribenda est. Cfr. *Revue d'hist. et de litter. relig. V*, 331.

[7]) De Segusia (*Susa*), celeberrimus ille canonista „Hostiensis"; cfr. not. 3 pag. 7.

[8]) Tunc archidiac. Laudunen.

[9]) Decanus eccl. Laudunen.

[10]) Protector O. Minorum et Clarissarum.

[11]) Tunc praeter ipsum hi S. R. E. cardinales existebant: Otto ep. Tusculan. (V, 3), Stephanus ep. Praenestin. (V, 15), Henricus ep. Ostien. (VII, 8), Radulfus ep. Albanen. (VII, 2), Joannes ep. Portuen. (V, 6), Simon tit. s. Silv. et Mart. (VII, 3), Ancherus tit. s. Praxedis (VII, 9), Guilelmus tit. s. Marci (VII, 10), Simon tit. s. Caeciliae (VII, 4), Annibaldus bas. XII apost. (VII, 12), Guido tit. s. Laur. in Luc. (VII, 11), Richardus diac. s. Angeli (III, 12), Octavianus diac. s. Mariae in via lata (V, 9), Joannes diac. s. Nicolai (V, 11), Ottobonus diac. s. Adriani (V, 14), Jacobus diac. s. Mariae in Cosm. (VII, 6), Gotifredus diac. s. Georgii (VII, 7), Hubertus diac. s. Eustachii (VII, 5), Jordanus diac. ss. Cosmae et Dam. (VII, 13), Matthaeus diac. s. Mariae in porticu (VII, 14); sed electus et Simon tit. s. Caeciliae ac Simon tit. s. Martini tunc absentes erant.

[12]) Sec. *Ciac.-Old.* Bernardus Aiglerius abbas Casinen. creatus est.

[13]) A. 1254 Maii 23 Inn. IV (a. 11 ep. 664) ratum et gratum habuit, quod H. tit. s. Sabinae presb. card. (V, 7), tunc in part. Alemaniae apost. sedis leg., prioratum de Aquila vac. per resign. Gualteri cum consensu prioris de Martiniaco concesserat Thealdo adiac. Leodien.

[14]) Tunc Cardin. supra not. 11 nominati e vivis decesserant: Stephanus ep. Praenestin. (V, 15), Radulfus ep. Albanen. (VII, 2), Jordanus diac. ss. Cosmae et Dam. (VII, 13); reliqui 18 adhuc inter vivos existebant, sed Henr. ep. Ostien. infirm. causa ipsi electioni non interfuit.

S. R. E. cardinales ab ipso creati in promotione die 3 Junii 1273 facta:

1) **Petrus Juliani,**[1]) aep. Bracharen. = ep. Tusculan. (subscr. primo 1274 Mart. 7), postea Joannes pp. XXI;
2) (**Guilelmus**) **Vicedominus de Vicedominis,**[2]) nepos, aep. Aquen. = ep. Praenestin. (subscr. 1274 Mart. 7 — 1275 Apr. 1), † 1276 Sept. 6;
3) (**S.**) **Bonaventura Fidanza** O. Min. min. gen., mag. theol. = ep. Albanen., † 1274 Julii 15;
4) **Petrus de Tarentasia** O. Praed., mag. theol., aep. Lugdun. = ep. Ostien. (subscr. primo 1274 Mart. 7), poenitentiarius major, postea Innocentius pp. V;
5) **Bertrandus a s. Martino,** aep. Arelaten. = ep. Sabinen. (subscr. 1274 Mart. 7 — 1275 Mart. 23), † 1277.[3])

X. Innocentius V.

(Petrus de Tarentasia O. Praed., ep. Ostien., cfr. IX, 4), electus Aretii 1276 Jan. 21,[4]) coron. Romae Febr. 22, obiit Romae 1276 Junii 22.

XI. Adrianus V.

(Ottobonus Fliscus, s. Adriani diac. card., cfr. V, 14), electus Romae 1276 Julii 11, obiit Viterbii 1276 Aug. 18.

XII. Joannes XXI.

(Petrus Juliani, ep. Tusculan., cfr. IX, 1), el.[5]) Viterbii 1276 Sept. 15 vel 16 et coron. 20, † Viterbii 1277 Maii 20.

Neque ab eo neque a praedecessoribus Adriano vel Innocentio ullus S. R. E. cardinalis creatus esse videtur.[6])

XIII. Nicolaus III.

(Joannes Cajetanus Ursinus, s. Nic. in carc. Tull. diac. card., cfr. V, 11), electus Viterbii 1277 Nov. 25[7]) et consecr. ac coron. Romae 1277 Dec. 26, obiit Suriani 1280 Aug. 22.

S. R. E. cardinales ab ipso creati die 12 Martii 1278:

1) **Latinus Frangipani** seu Malabranca O. Praed., mag. theol., nepos = ep. Ostien. (subscr. 1285 Sept. 17 — 1291 Sept. 22), † 1294 Aug. 10 al. Jul. 19;
2) **Erardus de Lesingiis,** ep. Autissiodoren. = ep. Praenestin., † 1278 Julii 18;
3) **Bentevenga de Bentevengis** O. Min., mag. theol., ep. Tudertin. = ep. Albanen. (subscr. 1279 Febr. 3 — 1289 Febr. 1), poenitentiarius major, cui m. Maii 1288 commend. eccl. cardin. ss. Joannis et Pauli, † 1289 Mart. 25;
4) **Robertus Kilwardby** O. Praed., mag. theol., aep. Cantuarien. = ep. Portuen.,[8]) † 1279 Sept. 12;

---

[1]) Mag. art., medic., theol.

[2]) Vulgo „Vicedominus“ nominabatur; sed quum hoc verbo non nomen, sed cognomen significari videatur, illi scriptores, qui ei nomen Guilelmi attribuunt, rectius scribere videntur; 1275 Jun. 7 ei commendatur tit. s. Marcelli.

[3]) *Ciac.-Old.* insuper Joannem de vicecomit. Placentin. (nepotem) et Theobaldum de Ceccano abb. mon. Fossae novae ad dign. card. a Greg. X promotum esse dicunt.

[4]) Eo tempore praeter ipsum hi S. R. E. cardinales erant: Petrus ep. Tusculan. (IX, 1), Vicedominus ep. Praenestin. (IX, 2), Bertrandus ep. Sabinen. (IX, 5), Simon tit. ss. Silv. et Mart. (VII, 3), Ancherus tit. s. Praxedis (VII, 9), Guilelmus tit. s. Marci (VII, 10), Simon tit. s. Caeciliae (VII, 4), Richardus diac. s. Angeli (III, 12), Joannes diac. s. Nicolai (V, 11), Ottobonus diac. s. Adriani (V, 14), Jacobus diac. s. Mariae in Cosm. (VII, 6), Gotifredus diac. s. Georgii (VII, 7), Hubertus diac. s. Eustachii (VII, 10), Matthaeus diac. s. Mariae in port. (VII, 14); sed Simon tit. s. Caeciliae et Joannes diac. s. Nicolai et alius (forsan Richardus diac. s. Angeli) tunc absentes vel saltem extra conclave constituti erant.

[5]) Cui electioni praeter ipsum omnes alii card. tunc viventes, excepto Simone tit. s. Caeciliae absente, interfuerunt, scil. Bertrandus ep. Sabinen., Simon tit. ss. Mart. et Silv., Ancherus tit. s. Praxedis, Guilelmus tit. s. Marci presb., Joannes s. Nicolai, Jacobus s. Mariae in Cosm., Gotifredus s. Georgii, Matthaeus s. Mariae in Port. diaconi; Vicedominus ep. Praenestin. et Hubertus diac. s. Eustachii paulo ante a vivis decesserant, Richardus s. Angeli diac. jam a. 1276 obierat.

[6]) *Ciac.-Old.* per Joh. XXI Erardum de Lesingiis ep. Autissiodoren. ad dign. cardin. promotum esse scribunt; qui tamen istam dignitatem a Nicolao III, non a Joh. XXI, recepit atque idem est ac „Gerardus Placentinus ep. Praenestin.“, quem *Ciac.-Old.* inter cardinales a Nic. III creatos recensent.

[7]) Tunc Cardin. supra not. 5 nominati e vivis decesserant: Simon tit. ss. Silv. et Mart. (VII, 3) et Bertrandus ep. Sabinen. (IX, 5), qui adhuc in conclavi existens paulo ante elect. Nicolai III obiit; reliqui 7, inter quos ipse electus et Simon tit. s. Caeciliae absens, adhuc inter vivos existebant.

[8]) Subscr. 1279 Febr. 3 et Junii 28.

5) **Ordonius,** aep. Bracharen. = ep. Tusculan. (subscr. 1279 Febr. 3 — 1285 Sept. 24), † 1285 Dec. 21;

6) **Gerardus Blancus,** protonot. apost. = presb. bas. XII apost., postea (1281) ep. Sabinen.,[1]) † 1302 Mart. 1;

7) **Hieronymus Masci** O. Min. min. gen. = presb. tit. s. Pudentianae (post 16 Maii 1279), postea (1281) ep. Praenestin. (subscr. primo 1285 Sept. 17), denique Nicolaus pp. IV;

8) **Jordanus de Ursinis,** Romanus = diac. s. Eustachii (subscr. 1279 Febr. 3 — 1286 Junii 11), † 1287;

9) **Jacobus de Columna,** Romanus = diac. s. Mariae in via lata, archipresb. basil. s. Mariae maj., depos. 1297 Maii 10, restit. 1306 Febr. 2,[2]) † 1318 Aug. 14.

XIV. Martinus IV.

(Simon Mompi(tiu)s de Bria, Gallus, tit. s. Caeciliae presb. card., cfr. VII, 4), electus Viterbii 1281 Febr. 22[3]) et consecr. ac coron. apud Urbem veterem Mart. 23, obiit Perusii 1285 Mart. 28.

S. R. E. cardinales ab ipso creati 1281 Apr. 12:[4])

1) **Bernardus de Languissello,** aep. Arelaten. = ep. Portuen. (subscr. 1285 Sept. 17 — 1291 Jul. 23);[5])

2) **Hugo Atratus de Evesham,** „Anglicus" = tit. s. Laur. in Luc. (subscr. 1284 Maii 5 — 1285 Sept. 4), † 1287;

3) **Joannes Cholet** (Chauleti), Gallus = tit. s. Caeciliae (subscr. 1291 Apr. 7 — Sept. 22), † 1292;[6])

4) **Gervasius de Glincamp,** archidiac. Parisien. = tit. s. Martini (subscr. 1284 Maii 5 — 1285 Sept. 24);[7])

5) **Comes Glusianus** de Casate, can. „Mediolanensis" = tit. ss. Marcellini et Petri,[8]) † 1287;[9])

6) **Gaufridus de Barro,** decanus Parisien. = tit. s. Susannae (subscr. 1284 Maii 5 — 1286 Junii 11), † 1287;

7) **Benedictus Cajetanus,** Anagninus, sen. = diac. s. Nic. in carc. Tull. (subscr. primo 1284 Maii 5), postea (1291) presb. tit. s. Martini, denique Bonifatius pp. VIII.[10])

XV. Honorius IV.

(Jacobus Sabellus, Romanus, diac. s. Mariae in Cosm., cfr. VII, 6), electus Perusii 1285 Apr. 2[11]) et consecr. ac coron. Romae Maii 20, obiit Romae 1287 Apr. 3.

---

[1]) Hic „mag. Gerardus dictus Blancus" erat mag. scholarum Parmen. et 1277 Apr. 30 litterarum apost. contradict. auditor. Subscr. 1288 Sept. 3—1298 Junii 27. Die 23 Mart. 1290 unacum Benedicto s. Nic. in C. T. diac. card. legatus ad pacem inter reges Siciliae et Aragoniae initam prosequendam mittitur (Reg. Nic. IV a. 3 epp. 2—38 de curia ed. *Langlois* nr. 4254—4302). „Ivit legatus ad regnum Siciliae 1299 Julii 17, reversus est 1302 Jan. 14".

[2]) Subscr. 1285 Sept. 17—1296 Mart. 13. „Intrat Curiam 1310 Sept. 8".

[3]) Praeter ipsum hi S. R. E. cardinales supererant: Ordonius ep. Tusculan. (XIII, 5), Bentivenga ep. Albanen. (XIII, 3), Latinus ep. Ostien. (XIII, 1), Ancherus tit. s. Praxedis (VII, 9), Guilelmus tit. s. Marci (VII, 10), Gerardus bas. XII apost. (XIII, 6), Hieronymus tit. s. Pudentianae (XIII, 7), Jacobus diac. s. Mariae in Cosm. (VII, 6), Gotifredus diac. s. Georgii (XII, 7), Matthaeus diac. s. Mariae in port. (VII, 14), Jordanus diac. s. Eustachii (XIII, 8), Jacobus diac. s. Mariae in via lata (XIII, 9).

[4]) Secundum *Ciac.-Old.* iam 23 Mart. 1281, ergo ipso coronationis suae die!

[5]) Ab Hon. IV die 5 Nov. 1286 admin. eccl. s. Praxedis cardinali carentis (Reg. Hon. IV ed. Prou nr. 812) et 1288 Jun. 30 a Nic. IV protector ord. Erem. s. Aug. constituitur; † 1291 Sept. 19.

[6]) Cui Nic. IV die 6 Febr. 1290 licentiam testandi concedit (Reg. Nic. IV ed. *Langlois* nr. 1887).

[7]) † 1287 m. Sept.

[8]) Subscr. 1284 Maii 5 — 1286 Junii 11.

[9]) Attamen in litt. Nic. IV die 9 Apr. 1288 datis de eo mentio fit non apposito illo „quondam".

[10]) Cui Hon. IV die 11 Apr. 1285 domos eccl. ss. IV Coron. proprio Cardinali carentis et Nic. IV 1288 Mart. 8 ecclesiam s. Susannae Cardinali carentem commisit; hic S. P. eum 1288 Jul. 1 protect. Ord. s. Guil. constituit et 1290 Mart. 23 legatum ad partes transmontanas mittit (cfr. supra not. ad XIII, 6); 1290 Sept. 2 ei adhuc diacono s. Nic. concessit, ut, cum dignitatem episcopalem assumpsisset, beneficia ecclesiastica, quae tunc obtineret, posset retinere. Illo tempore haec beneficia eccl. simul possidebat: archidiaconatus de Barro in Lingonen. et de Pissiaco in Carnoten. ecclesiis, ecclesiam de Thowestrete dioec. Lingonen., abbatiam saec. eccl. s. Stephani de Alatro, canonicatus et praebendas (praeter illos, qui supradictis archidiaconatibus annexi erant) in ecclesiis Lugdunen., Parisien., Anagnin., Tudertin. et s. Audomari dioec. Morinen. atque in bas. s. Petri de Urbe; in eadem denique Urbe ecclesias s. Agathae in Suburra, s. Nicolai in carc. Tull., s. Angeli in foro piscium (praeter supradictas eccl. s. Susannae atque domum ecclesiae ss. IV Coron.). Cfr. Append. ad Reg. Nic. IV ed. *Langlois* nr. 7346, 7382, 7422; Reg. Hon. IV ed. *Prou* nr. 826.

[11]) Tunc temporis erant praeter ipsum hi S. R. E. cardinales: Ordonius ep. Tusculan. (XIII, 5), Bentivenga ep. Albanen. (XIII, 3), Latinus ep. Ostien. (XIII, 1), Gerardus ep. Sabinen. (antea bas. XII apost. presb., XIII, 6), Hieronymus ep. Praenestin. (antea tit. s. Pudent. presb., XIII, 7), Bernardus ep. Portuen. (XIV, 1), Ancherus tit. s. Praxedis (VII, 9), Hugo tit. s. Laur. in Luc. (XIV, 2), Gervasius tit. ss. Silv. et Mart. (XIV, 4), Gaufridus tit. s. Susannae (XIV, 6), Joannes tit. s. Caeciliae (XIV, 3), Comes tit. ss. Marcellini et Petri (XIV, 5), Gotifredus diac. s. Georgii (VII, 7), Matthaeus diac. s. Mariae in port. (VII, 14), Jordanus diac. s. Eustachii (XIII, 8), Jacobus diac. s. Mariae in via lata (XIII, 9), Benedictus diac. s. Nicolai (XIV, 7).

S. R. E. cardinalis ab ipso creatus 22 Dec. 1285:[1])

Joannes Buccamatius (Boccamazza), consanguineus, aep. Montisregalis = ep. Tusculan.,[2]) † 1309 Aug. 10.

XVI. Nicolaus IV.

(Hieronymus Masci O. Min., ep. Praenestin., cfr. XIII, 7), electus Romae 1288 Febr. 15 et coron. 22,[3]) obiit Romae 1292 Apr. 4.

S. R. E. cardinales ab ipso creati die 16 Maii 1288:

1) **Ber(n)ardus Calliensis,** ep. Auximan. = ep. Praenestin. (subscr. 1288 Sept. 3 — 1289 Jul. 18),[4]) † 1291 m. Junio;
2) **Hugo Seguin** de Billo (Billay) O. Praed. = presb. tit. s. Sabinae (subscr. 1288 Sept. 3 — 1291 Aug. 23), postea ep. Ostien. (subscr. 1295 Junii 21 — 1296 Mart. 13), camerarius s. coll., † 1297 Dec. 28;
3) **Matthaeus de Aquasparta** O. Min. min. gen., mag. theol. = presb. tit. s. Laur. in Dam.,[5]) postea (1291) ep. Portuen. (subscr. 1295 Jun. 21 — 1298 Jun. 27),[6]) poenitentiarius major, † 1302 Oct. 28;
4) **Petrus Peregrossus** Mediolanensis, vulg. „de Mediolano", S. R. E. vicecancellarius = diac. s. Georgii ad velum aureum, postea (1289) presb. s. Marci (subscr. 1289 Jul. 18 — 1295 Jun. 21), † 1295 Aug. 1;
5) **Neapoleo Ursinus** Romanus = diac. s. Adriani,[7]) † 1342 Mart. 23;
6) **Petrus de Columna** Romanus = diac. s. Eustachii (subscr. primo 1288 Sept. 3), 1297 Maii 10 depositus, 1306 Febr. 6 restitutus (postmodum diac. s. Angeli), † Avinione 1326.[8])

XVII. Coelestinus V.

(Petrus de Murrone monachus O. S. B.,[9]) el. Perusii 1294 Julii 5,[10]) consecr. et coron. Aquilae Aug. 29, resignavit Neapoli 1294 Dec. 13, obiit in castro Fumonis 1296 Maii 19, postmodum inter sanctos relatus.

Ab eo 1294 Sept. 18 hi S. R. E. cardinales creati sunt:

1) **Simon de Belloloco** (Beaulieu), aep. Bituricen. = ep. Praenestin., † 1297 Aug. 18;[11])
2) **Berardus de Gouth** (Got), aep. Lugdunen. = ep. Albanen., † 1297 Junii 27;
3) **Thomas de Ocra** Aprutinus O. Coel. = presb. tit. s. Caeciliae,[12]) † 1300 Maii 29 (Neapoli);

---

[1]) Cfr. Reg. Hon. IV ed. *Prou* nr. 491.

[2]) Subscr. 1286 Maii 5. Die 31 Maii 1286 ab Hon. IV legatus a latere ad Alamaniae et alia regna adjacentia mittitur (Reg. Hon. IV l. c. nr. 770) et 25 Nov. 1289 a Nic. IV licentiam testandi obtinet (Reg. Nic. IV ed. *Langlois* nr. 1886). — „Revertitur ad Curiam 1309 Jun. 13".

[3]) Tunc hi pag. 10 not. 11 nominati jam obierant cardinales: Ordonius ep. Tusculan. (XIII, 5), Ancherus tit. s. Praxedis (VII, 9), Comes tit. ss. Marcellini et Petri (XIV, 5), Gaufridus tit. s. Susannae (XIV, 6), Gervasius tit. s. Silv. et Mart. (XIV, 4), Gotifredus diac. s. Georgii (VII, 7), Jordanus diac. s. Eustachii (XIII, 8), Hugo tit. s. Laur. in Lucina (XIV, 2).

[4]) Cui die 22 Jun. 1289 legatio ad regnum Siciliae a Nic. IV committitur (Reg. Nic. IV l. c. nr. 2181/85).

[5]) Subscr. 1288 Sept. 3 — 1291 Aug. 23; die 15 Jan. 1291 ei monast. s. Crucis in Jerus. O. S. Aug. de Urbe tuendum committitur (Reg. Nic. IV ed. *Langlois* nr. 4094).

[6]) „Iturus in legationem suam recessit de Curia 1297 Dec. 16, ad eam reversus est 1298 Apr. 22; iterum legatus in Lomb., Tusciam, Romand. (die 23 Maii 1300) institutus (Reg. Bon. VIII ed. *Digard* 3892/96 et 3900) recessit de Curia 1300 Maii 26, revocatus 1301 Maii 21 revertitur 1301 Oct. 22." Executor testamenti eius erat fr. Franciscus de Tuderto (cfr. *Mollat* nr. 5392).

[7]) Subscr. primo 1288 Sept. 3. Legationis officio functurus in marchia Ancon. et duc. Spol. ac in civ. Perusin., quae ei commissa est die 27 Maii 1300 (Reg. Bon. VIII l. c. nr. 3886—3891), recessit de Curia 1300 Maii 27 et reversus est 1301 Maii 28; die 6 Jul. 1301 fit rector Sabinae (Reg. Vat. t. 50 f. 120); pro reformanda pace in Italia 1306 Mart. 8 recessit de Curia tunc Avinione existente et reversus est ad eandem 1309 Junii 12.

[8]) Nic. IV ei die 18 Junii 1288 admin. eccl. ss. Sergii et Bacchi cardinali carentis committit, quam admin. 7 Aug. 1290 Landulfus natus Joannis Landulfi de Columna, can. Carnoten., obtinet (Reg. Nic. IV ed. *Langlois* nr. 171 et 2989). Erat etiam archipresb. eccl. Lateranen. et habebat in comm. basil. s. Laurentii (Sancta sanctorum) unacum eccl. s. Mariae rotundae ac ss. Quirici et Julittae de Urbe (cfr. Reg. Clem. V ed. Mon. Bened. nr. 3534/57) necnon s. Petri ad vinc., quam eccl. dimittit post obtentam commendam basil. XII apost.; 1318 Aug. 16 fit archipresb. basil. s. Mariae maj. (cfr. *Mollat* nr. 10778 ad 1 Jan. 1320 et 8042). — A *Ciac.-Old.* inter cardinales per Nic. IV creatos insuper recensentur: Theobaldus Stampensis Anglus, Bonitius ep. Cremonen., Petrus de Barelis Gallus O. b. Mariae de mercede.

[9]) Sive fundator cujusdam congregationis O. S. B., quae ab ipso nomen Coelestinorum assumpsit.

[10]) Eo tempore S. R. E. cardinales agebant: Latinus ep. Ostien. (XIII, 1), Gerardus ep. Sabinen. (XIII, 3), Joannes ep. Tusculan. (XV), Matthaeus ep. Portuen. (XVI, 3), Benedictus tit. ss. Silv. et Mart. (XIV, 7), Hugo tit. s. Sabinae (XVI, 2), Petrus tit. s. Marci (XVI, 4), Matthaeus diac. s. Mariae in port. (VII, 14), Jacobus diac. s. Mariae in via lata (XIII, 9), Neapoleo diac. s. Adriani (XVI, 5), Petrus diac. s. Eustachii (XVI, 6).

[11]) Apud Civitatem vetulam (*Civita vecchia*).

[12]) Subscr. 1295 Junii 21 — 1298 Junii 27; cfr. pag. 13 not. 4.

4) **Joannes** dictus **Monachus** (le Moine), el. Atrebaten., vicecancell. = presb. tit. ss. Marcellini et Petri (subscr. primo 1295 Jun. 21),[1]) fit camerarius s. coll. 1305 Nov. 6, † 1313 Aug. 22;
5) **Petrus de Aquila** O. S. B., el. Valven.[2]) = tit. s. Crucis (non s. Marcelli), † 1298 Junii 3;
6) **Guilelmus de Ferrariis,** Gallus = tit. s. Clementis (subscr. 1295 Junii 21), † 1295 Sept. 7 (Perpiniani);[3])
7) **Nicolaus (de Nonancour),** olim cancellarius (decanus) „Parisiensis" = tit. s. Laurentii in Dam.,[4]) † 1299 Sept. 23;
8) **Robertus** abbas mon. de Pontiniaco O. Cist., Gallus = tit. s. Pudentianae (subscr. 1295 Jun. 21 — 1304 Mart. 14), fit camerarius s. coll. 1298 Jan. 3, † Parmae 1305 Oct. 9;
9) **Simon** O. Cluniac.,[5]) Gallus = tit. s. Balbinae (subscr. 1295 Junii 21 — 1297 Maii 7), † paulo post;
10. **Landulfus Brancaccius,** Neapolitanus = diac. s. Angeli,[6]) † 1312 Oct. 29 (Avinione);
11) **Guilelmus Longus** (de Longis) Bergomensis, cancell. Caroli II regis Sic., dictus „de Pergamo" = diac. s. Nicolai in carc. Tull. (subscr. primo 1295 Junii 21), † Avin. 1319 Apr. 9;[7])
12) **Franciscus Ronci** de Atrio O. Coel. = tit. s. Laur. in Dam., † 1294 Oct. 13;
13) **Joannes de Castrocoeli,** monachus Casinen., aep. Beneventan.[8]) = tit. s. Vitalis, † 1295 Febr. 22.

XVIII. Bonifatius VIII.

(Benedictus Cajetanus Anagninus, tit. ss. Silv. et Mart. presb. card., cfr. XIV, 7), Neapoli die 24 Dec. a. 1294 electus[9]) et Romae die 23 (non 16) Jan. a. 1295 consecr. ac coron., obiit Romae 1303 Oct. 11.[10])

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima creatione inter 23 Jan. et 13 Maii 1295 habita:*

1) **Benedictus Cajetanus** jun., Anagninus, nepos = diac. ss. Cosmae et Dam. (subscr. primo 1295 Jun. 21.[11])

b) *in secunda promotione die 17 Dec. 1295 habita:*

2) **Jacobus Thomasius** Anagninus, O. Min.,[12]) ex sorore nepos = tit. s. Clementis, † Romae 1300 Jan. 1;
3) **Franciscus Neapoleonis Ursinus** Romanus = diac. s. Luciae in silice (subscr. primo 1297 Maii 15);[13])
4) **Jacobus Cajetanus de Stephanescis,** Romanus, auditor Rotae = diac. s. Georgii ad vel. aur.,[14]) † 1341 Junii 23;
5) **Franciscus Cajetanus,** e fratre Petro nepos[15]) = diac. s. Mariae in Cosmedin (subscr. primo 1297 Maii 15);
6) **Petrus Valerianus Duraguerra** de Piperno, vicecancellarius = diac. s. Mariae novae,[16]) † 1302 Dec. 17 (non 12);

c) *in tertia promotione die 4 Dec. 1298 habita:*

7) **Gundisalvus Roderici Innojosa,** aep. Toletan. = ep. Albanen.., † 1299 m. Dec.;
8) **Theodericus Rainerii** de Urbeveteri, el. Pisan. et S. P. camerarius = tit. s. Crucis in Jerus., postea (1299 Junii 13) ep. Civitatis papalis (Praenestin., subscr. 1304 Mart. 14), † 1306 Dec. 7;

---

[1]) Mittitur legatus in Franciam 24 Nov. 1302 (Reg. Vat. t. 50 f. 285 epp. 13—17).

[2]) Consiliarius Caroli regis Siciliae.

[3]) Die 11 Jul. 1295 Bonif. VIII ratum et gratum habet, quod ei Coel. V, ut post ipam promot. canonicatum Massilien. et redditus e quibusdam eccl. dioec. Toletan. retineret, indulsit, eique licentiam testandi concedit (Reg. Bon. VIII ed. *Thomas* nr. 797 et 799).

[4]) Post 13 Oct. 1294, antea tit. s. Marcelli; subscr. 1295 Junii 21 — 1298 Junii 27.

[5]) Prior mon. „de Caritate" dioec. Autissiodoren.

[6]) Legatus in Apulia et deinde (a. 1295) in Angliam missus revertitur 1299 Maii 12; proficiscitur iterum legatus versus Siciliam 1299 Aug. 7. Subscribit 1300 Oct. 2.

[7]) Die 11 Aug. 1308 fit admin. in spir. et temp. mon. s. Angeli in Formis prope Capuam (cfr. Reg. Clem. V ed. Mon. Bened. nr. 3360). Erat etiam commend. basil. XII apost. Tumulatus est in eccl. fratrum Min. Pergamen.

[8]) Post 13 Oct. 1294 promotus esse dicitur; erat vicecancellarius S. R. E.

[9]) Tunc omnes pag. 11 not. 10 nominati supererant S. R. E. cardinales praeter Latinum ep. Ostien. (XIII, 1); quibus accedunt cardinales a Coel. V creati, excepto Francisco tit. s. Laur. in Dam. (XVII, 12).

[10]) Vel Oct. 12 die Sabbati circa horam primi somni.

[11]) Ab avunculo Bon. VIII, non a Coel. V, sicut perplures scribunt, creatus; † 1296 Dec. 14.

[12]) Minime vero ep. Alatrin., sicut nonnulli asserunt.

[13]) Obtinet licentiam testandi 6 Jun. 1303 (Reg. Vat. t. 50 f. 387 ep. 253) ; † 1312 (non 1308) post 24 Maii.

[14]) Subscr. primo 1296 Aug. 13.

[15]) Cui Bon. VIII die 28 Mart. 1302 admin. eccl. s. Agathae in Suburra cardinali carentis committit (Reg. Vat. t. 50 f. 281 ep. 14 de curia); † Avinione 1317 Maii 16.

[16]) „Iturus in legationem suam recessit de Curia 1296 Junii 20, reversus est 1297 Mart. 21"; subscr. 1296 Mart. 13 — 1300 Oct. 2.

9) **Nicolaus Bocasinus,** Tarvisinus, O. Praed. mag. gen. = tit. s. Sabinae,[1]) postea (1300 Mart. 2) ep. Ostien.;[2])
10) **Riccardus Petronus** de Senis, S. R. E. vicecancellarius = diac. s. Eustachii (subscr. 1304 Mart. 14;)[3])

d) *in quarta promotione 1300 Mart. 2 habita:*

11) **Leonardus de Gratino Patrassus,** aep. Capuan. = ep. Albanen. (subscr. primo 1300 Oct. 2, † Lucae 1311 Dec. 7, cum in Italiam ad coron. Henricum VII cum duobus aliis card. missus esset;[4])
12) **Gentilis de Monteflorum** O. Min. et lector in Curia = tit. s. Martini in mont.[5]), † Lucae 1312 Oct. 27;
13) **Lucas de Flisco** e Lavaniae comitibus[6]) = diac. s. Mariae in via lata (subscr. primo 1300 Oct. 2), a. 1305 – 1318 ss. Cosmae et Dam., † 1336 Jan. 31;[7])

e) *in quinta promotione die 15 Dec. 1302 habita:*

14) **Petrus Hispanus,** ep. Burgen. = ep. Sabinen. (subscr. 1304 Mart. 4), † 1310 (non 1311) Dec. 20;[8])
15) **Joannes Minius** de Murrovallium O. Min. minister gen. = ep. Portuen. (subscr. 1304 Mart. 4);[9])

XIX. Benedictus XI.

Nicolaus Bocasinus de Tarvisio O. Praed., ep. Ostien. et Velletren., cfr. XVIII, 9), el. Romae 1303 Oct. 22[10]) et coron. Oct. 27, obiit Perusii 1304 Julii 7.

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione die 18 Dec. 1303 habita:*

1) **Nicolaus Alberti** de Prato O. Praed., ep. Spoletan. = ep. Ostien.,[11]) † Avinione die 1 Apr. 1321;
2) **Guilelmus Marlesfeld** Cantuariensis O. Praed., prior prov. Angliae = tit. s. Sabinae, † ex. a. 1303 vel in. a. 1304;

b) *in secunda promotione die 19 Febr. 1304 habita:*

3) **Gualterius Winterburn** Saresberiensis O. Praed.[12]) = tit. s. Sabinae, † Januae 1305 Sept. 24, sep. Londini.

XX. Clemens V.

(Bertrandus del Goth, archiepiscopus Burdegalen.), el. Perusii die 5 Junii 1305[13]), coron. Lugduni die 14 Nov. 1305, obiit die 20 Aprilis a. 1314 in Rupemaura dioec. Lemovicen.

---

[1]) „Intrat Curiam 1299 Mart 25; iturus in legationem suam Hung., quae ei commissa est 13 Maii 1301 (Reg. Vat. t. 50 f. 115), recedit de Curia 1301 Junii 22, revertitur 1303 Maii 10".

[2]) Denique Benedictus papa XI.

[3]) † 1314 Febr. 10.

[4]) Cui Bonif. VIII die 4 Junii 1300 admin. mon. s. Joh. in Venere dioec. Theatin., quam olim Thomas tit. s. Caeciliae presb. card. (XVII, 3) obtinebat, committit (Reg. Vat. t. 49 f. 318 ep. 221 ed. *Digard* nr. 3658).

[5]) „Recessit de Curia 19 Oct. 1307 legatus in Hungariam profecturus".

[6]) Consangu. Jacobi II regis Aragoniae.

[7]) Cui Bon. VIII die 18 Junii 1300 admin. ecclesiarum ss. Cosmae et Dam. ac s. Marcelli cardinalibus carentium committit (Reg. Vat. t. 49 f. 321 ep. 235 ed. *Digard* nr. 3673).

[8]) Fit 1302 Dec. 22 admin. eccl. ss. Joh. et Pauli cardinali carentis ac rector comitatus Sabinae 2 Jan. 1303 et civ. Interamnen. 1308 Febr. 15 (Reg. Vat. t. 50 f. 291 ep. 530 et f. 293 ep. 542 ac Reg. Clem. V ed. Mon. Bened. nr. 3554).

[9]) † ex a. 1312 vel in a. 1313. — A *Ciac.-Old.* praeter praedictos a Bon. VIII ad dign. cardin. promoti dicuntur: Andreas de Comitibus (Signiae) Anagninus O. Min. (Alexandri IV nepos ipsiusque Bon. VIII propinquus), Jacobus Santuccius Lucensis (cfr. diac. s. Georgii not. 1), Aegidius Romanus O. Er. s. A. prior gen. (et aepus. Bituricen.), Dominicus a s. Petro Hispanus et Reginaldus O. Min. aep. Rothomagen. Revera intendebat Bon. VIII Andream praedictum suum propinquum sacro collegio cooptare, sed ipso minime consentiente a suo proposito destitit; neque Aegidius Romanus neque Dominicus a s. Petro ad dign. card. promoti sunt; Reginaldus idem habendus est ac Odo Rigaldi, de quo supra pag. 7 not. 6.

[10]) S. R. E. cardinales praeter ipsum et amotos Jacobum de Columna diac. s. Mariae in via lata (XIII, 9) ac Petrum de Columna diac. s. Eustachii (XVI, 6) tunc erant: Joannes ep. Tusculan. (XV), Theodoricus ep. Praenestin. (XVIII, 8), Leonardus Patrassus ep. Albanen. (XVIII, 11), Joannes ep. Portuen. (XVIII, 15), Petrus ep. Sabinen. (XVIII, 14), Joannes tit. ss. Marcellini et Petri (XVII, 4), Robertus tit. s. Pudentianae (XVII, 8), Gentilis tit. ss. Silv. et Mart. (XVIII, 12), Matthaeus diac. s. Mariae in port. (VII, 14), Neapoleo diac. s. Adriani (XVI, 5), Landulfus diac. s. Angeli (XVII, 10), Guilelmus diac. s. Nicolai (XVII, 13), Franciscus diac. s. Luciae in Silice (XVIII, 3), Jacobus diac. s. Georgii (XVIII, 4), Franciscus diac. s. Mariae in Cosm. (XVIII, 5), Lucas diac. s. Mariae in via lata (XVIII, 13), Richardus diac. s. Eustachii (XVIII, 10).

[11]) „Recessit de Curia iturus ad suam legationem versus Tusciam et Lombardiam 1304 Febr. 19, revertitur 1304 Julii 14".

[12]) Et familiaris regis Angliae. „Intrat Curiam 1304 Nov. 29".

[13]) Adhuc omnes (sc. 17) supra not. 10 nominati S. R. E. cardinales vivebant unacum 2 cardin. a Bened. XI creatis, sed ipsi electioni novi S. P. interfuerunt 15 tantum, quorum 10 vota sua pro aepo. Burdeg. dederunt; extra conclave 4 existebant, inter quos Matthaeus Rubeus de Ursinis (VII, 14) ac verisimiliter Richardus Senensis (XVIII, 10) et Joannes Monachi (XVII, 4) erant.

S. R. E. cardinales (praeter restitutos Jacobum et Petrum Columnenses, v. pag. 13 not. 10) ab ipso creati:

a) *in prima promotione die 15 Dec. 1305 habita:*

1) **Petrus de Capella** Lemovicensis, ep. Tolosan. = tit. s. Vitalis[1]), postea (m. Dec. 1306) ep. Praenestin., † die 16 (non 24) Maii 1312 (*cfr. Baluze, Vitae pap. Avin. I, 626*);

2) **Berengarius Fredoli** sen., Petragoricensis, nepos, ep. Biterren. = tit. ss. Nerei et Achillei, deinde (post 10 Aug. 1309) ep. Tusculan., poenitentiarius major, † 11 Junii 1323 (*Bal. 631*);

3) **Arnaldus (Frangier) de Cantalupo** Aquitanus, nepos, el. Burdegal.[2]) = tit. s. Marcelli, † 1313 Dec. 14 (*Bal. 635*);

4) **Petrus** Rainaldi vel potius **Arnaldi** de Puyanne, Bearnensis, abbas mon. s. Crucis Burdegalen. O. S. B. = tit. s. Priscae, S. R. E. vicecancellarius, † 4 Sept. 1306 (*Bal. 651*);

5) **Thomas Jorz** Londoniensis O. Praed., dictus „Anglicus“, confessor Eduardi regis Angliae = tit. s. Sabinae,[3]) † Gratianopoli 13 Dec. 1310 (*Bal. 629, 637*);

6) **Nicolaus de Freauvilla** in Normandia O. Praed.[4]) = tit. s. Eusebii,[5]) † 15 Jan. al. 14 Febr. 1323 (*Bal. 636*);

7) **Stephanus de Suisy** Laudunensis, dictus „Brugensis“, vicecancellarius Philippi IV regis Franc. et archidiac. Brugen. in eccl. Tornacen. = tit. s. Cyriaci in thermis, camer. s. coll. (1310), † 10 Dec. 1311 (*Bal. 638*);

8) **Arnaldus de Pel(l)agrua** Petragoricensis, nepos, archidiac. Carnoten. = diac. s. Mariae in porticu;[6])

9) **Raimundus del Goth** Burdegalensis, nepos = diac. s. Mariae novae, † 26 Junii 1310 (*Bal. 648*);

10) **Guilelmus Ruffati** (Arrufati) Vasco, nepos = diac. ss. Cosmae et Dam., postea (ante 1 Mart. 1306) presb. tit. s. Pudentianae, † 24 Febr. 1311 (*Bal. 640*);

b) *in secunda promotione die 19 Dec. 1310 habita:*

11) **Arnaldus de Falgueriis** Vasco, ep. Arelaten. = ep. Sabinen.,[7]) † 12 Sept. 1317;

12) **Bertrandus de Bordis** Vasco, ep. Albien. et camerarius S. P. = tit. ss. Joannis et Pauli, † 12 Sept. 1311 (*Bal. 659*);

13) **Arnaldus Novelli** Vasco, abbas mon. Fontis frigidi O. Cist., vicecancell. = tit. s. Priscae,[8]) † 14 Aug. 1317 (*Bal. 660*);

14) **Raimundus Guilelmi de Fargis** Vasco, nepos, thesaurarius eccl. Belvacen., in minor. ord. tantum const. = diac. s. Mariae novae, † 5 Oct. 1346 (*Bal. 662*);

15) **Bernardus de Garvo** de s. Liberata (Jarre de S. Livrade), archidiac. eccl. Constancien. (Coutances), in minor. ord. tantum const. = diac. s. Agathae, postm. tit. s. Clem. presb., † a. 1328 (*Bal. 664*);

c) *in tertia promotione 23 vel 24 Dec. 1312 habita:*

16) **Guilelmus de Mandagoto,** Lotevensis, aep. Aquen. = ep. Praenestin., † m. Sept. a. 1321 (*Bal. 665*);

17) **Arnaldus de Auxio,** ep. Pictaven., camerarius S. P. (usque ad 23 Jul. 1319) = ep. Albanen., † 14 Aug. 1320;[9])

18) **Jacobus Arnaldi de Eusa** (Deuza, Deuse), Caturcensis, ep. Avinion. = tit. s. Vitalis, deinde (ante 22 Maii 1313) ep. Portuen., absente vicecancellario cancellariam regens, postea Joannes papa XXII (*Bal. 689*);

19) **Berengarius Fredoli** jun., ep. Biterren. = tit. ss. Nerei et Achillei, deinde (paulo post 14 Aug. 1317) ep. Portuen., camer. s. coll. (1313), † 1323 m. Nov. (*Bal. 668*);

20) **Michael de Becco** (du Bec-Crespin), Normandus, decanus eccl. s. Quintini in Viromandia = tit. s. Stephani in Coelio monte, † a. s. a. 1318 Aug. 30;

21) **Guilelmus Testa,** Condomiensis, archidiaconus Convenarum = tit. s. Cyriaci in Thermis, camerarius s. collegii 1323 Nov. 26, † Avinione a. 1326 ante 25 Sept. (*Bal. 680*);

22) **Guilelmus Petri Godin** de Baiona O. Praed., lector in Rom. curia = tit. s. Caeciliae, postea (1317 Sept. 12) ep. Sabinen., obtinet lic. testandi 1316 Nov. 22 (*Mollat* 2051), † 4 Junii 1336 (*Bal. 671*);

---

[1]) Intrat Curiam 1306 Jan. 30.

[2]) Camerarius S. P.

[3]) „Recessit de Curia legatus ad certas partes Italiae destinatus 1310 Oct. 25“.

[4]) Confessor Philippi IV regis Franc.

[5]) Camerarius s. coll. (1312), admin. tit. s. Sabinae (1316 Oct. 10), commend. s. Praxedis.

[6]) „Iturus legatus in Italiam recessit de Curia die sabb. 25 (Januarii 1309), reversus 1310 Dec. 10“; † m. Aug. 1331 (*Bal.* 642).

[7]) „Missus ad unguendum Henricum VII Imp. recessit de Curia 1311 Junii 19, revertitur 1313 Oct. 6“ (*Bal.* 657).

[8]) Admin. tit. s. Laur. in Dam. (1311), legatus in Anglia.

[9]) Die 19 Nov. 1316 obtinet lic. testandi et facult. eligendi confessorem (*Mollat* nr. 1780 et 1791); cfr. *Bal. 669*.

23) **Vitalis de Furno** (du Four), Vasatensis, O. Min. provincialis Aquitaniae = tit. s. Martini in montibus, postea (m. Junio 1321) ep. Albanen., † 16 Aug. 1327 (*Bal. 676*);

24) **Raimundus**[1]), abbas mon. de s. Severo dioec. Aduren. O. S. B. = tit. s. Pudentianae, † 19 Julii 1317 (*Bal. 680*).[2])

XXI. Joannes XXII.

(Jacobus Deuza Caturcensis, ep. Portuen., cfr. XX, 18), el. Lugduni in domo fr. O. Praed. die 7 Aug. 1316,[3]) coron. Lugduni 5 Sept. 1316, obiit Avinione die 4 Dec. 1334.

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione die 18 al. 17 Dec. 1316 habita:*

1) **Bernardus de Castaneto** (Castaignet), Montepessulanus, ep. Anicien. = ep. Portuen., † 14 Aug. 1317 (*Bal. 718*);

2) **Jacobus de Via,** Caturcensis, nepos, el. Avinion. = tit. ss. Joh. et Pauli, † 13 Junii 1317 (*Bal. 718*);

3) **Gaucelmus Joannis Deuza,** Caturcensis, nepos, vicecancellarius = tit. ss. Marcellini et Petri, postea (a. 1330) ep. Albanen., poenitentiarius major, † 3 Aug. 1348 (non 1337, *Bal. 720*);

4) **Bertrandus de Poietto** (Poyet, Pouget), Caturcensis, nepos, decr. doctor, capell. S. P. = tit. s. Marcelli,[4]) postea (18. Dec. 1327) ep. Ostien., † 3 Febr. 1352 (non 1351 neque 1346);

5) **Petrus de Arreblayo** (d'Arabloy), Aurelianensis, mag., cancellarius regis Franc.[5]) = tit. s. Susannae (non s. Sabinae), postea (1328) ep. Portuen., camer. s. coll. 1326 Sept. 25, † 1331 m. Mart. (*Bal. 731*);

6) **Bertrandus de Monte Faventio** = diac. s. Mariae in Aquiro,[6]) † 1 Dec. 1342 (non 1343, *Bal. 728*);

7) **Galhardus „de Mota“** (Lamotte), Aquitanus, nepos Clem. V, can. Narbonen. = diac. s. Luciae in silice, † 20 Dec. 1356 (non 1357, *Bal. 733*);

8) **Joannes Cajetani de Ursinis,** Romanus = diac. s. Theodori, † Avin. a. 1335 Aug. 27 (*Bal. 734*);[7])

b) *in secunda promotione die 20 Junii 1317 habita:*

9) **Arnaldus de Via,** frater Jacobi (v. supra nr. 2) = diac. s. Eustachii, † 1335 Nov. 24 (*Bal. 737*);

c) *in tertia promotione die 19 vel 20 Dec. 1320 habita:*

10) **Raynaldus (Reginaldus) de Porta,** Lemovicensis, aep. Bituricen. = tit. ss. Nerei et Achillei, postea (m. Mart. 1321) ep. Ostien.,[8]) † m. Jul. vel Aug. 1325 (*Bal. 742*);

11) **Bertrandus de Turre** O. Min., aep. Salernitan. = tit. s. Vitalis (non s. Martini in montibus), deinde (post m. Jun. 1323) ep. Tusculan., † exeunte a. 1332 aut ineunte a. 1333 (*Bal. 745*);

12) **Petrus de Pratis** (Desprès), Caturcensis, aep. Aquen. = tit. s. Pudentianae,[9]) postea (25 Maii 1323) ep. Praenestin.[10]), vicecancellarius (m. Apr. 1325), † 1361 Sept. 30 (*Bal. 746*);

13) **Simon de Archiaco,** Xanctonensis, el. Viennen. = tit. s. Priscae, † 1323 Maii 14(*Bal. 748* et Acta Aragon. I, 492);

---

[1]) Apud *Ciac.-Old.* minus recte Petrus nominatur; 1316 Nov. 22 obtinet lic. testandi (*Mollat* nr. 2053).

[2]) Praeter hos a *Ciac.-Old.* inter cardinales a Clem. V creatos recensentur: Bertrandus de Cardaliaco epus. Portuen., Severinus Gallus et Claudius de Portacoeli, uterque Ord. b. Mariae de merc. red. capt., Gabriel Capilistius Patavinus.

[3]) Tunc supererant praeter ipsum hi S. R. E. cardinales: Nicolaus ep. Ostien. (XIX, 1), Berengarius ep. Tusculan. (XX, 2), Guilelmus ep. Praenestin. (XX, 16), Arnaldus ep. Sabinen. (XX, 11), Arnaldus ep. Albanen. (XX, 17), Nicolaus tit. s. Eusebii (XX, 6), Arnaldus tit. s. Priscae (XX, 13), Berengarius tit. ss. Nerei et Ach. (XX, 19), Michael tit. s. Steph. (XX, 20), Guilelmus tit. s. Cyriaci (XX, 21), Guilelmus tit. s. Caeciliae (XX, 22), Vitalis tit. ss. Silv. et Mart. (XX, 23), Raimundus (non Petrus) tit. s. Pudentianae (XX, 24), Jacobus diac. s. Mariae in via lata (XIII, 9), Neapoleo diac. s. Adriani (XVI, 5), Petrus diac. s. Angeli (XVI, 6), Guilelmus diac. s. Nicolai (XVII, 11), Jacobus diac. s. Georgii (XVIII, 4), Franciscus diac. s. Mariae in Cosm. (XVIII, 5), Lucas diac. ss. Cosmae et Dam. (XVIII, 13), Arnaldus diac. s. Mariae in port. (XX, 8), Raimundus diac. s. Mariae novae (XX, 14), Bernardus diac. s. Agathae (XX, 15).

[4]) „Recessit de Curia 1320 Julii 10 iturus legatus in Lombardiam “(*Bal.* 725).

[5]) Archidiac. Borbonii in eccl. Bituricen. et can. Parisien. (*Mollat* nr. 1065, 1104, 1122).

[6]) Ipse et Petrus tit. s. Prax. (v. infra nr. 24) die 28 Jul. 1337 recesserunt a Curia, legati ad reges Franciae et Angliae destinati, et intraverunt Curiam redeuntes de Francia 1340 Apr. 20.

[7]) Legatus in Tuscia a. 1326 (Obl. t. 11 f 31).

[8]) Die 1 Aug. 1321 obtinet tit. s. Praxedis in commendam.

[9]) Die 28 Jan. 1321 adhuc sine titulo est (*Mollat* 12884).

[10]) Ipse et Annibaldus ep. Tusculan. (v. infra nr. 18) recesserunt de Curia 1342 Julii 1 nuntii missi pro pace tractanda inter Franciae et Angliae reges. Hic Annibaldus denuo recessit de Curia legatus versus Lombardiam 1349 Jan. 15.

14) **Pilusfortis de Rabasten(chi)s,** ep. Riven. = tit. s. Anastasiae, † sedente adhuc Joanne XXII (*Bal. 748*);

15) **Petrus Textoris de s. Antonino,**[1]) vicecancellarius = tit. s. Stephani in C. m., † 1325 Apr. 1—7 (*Bal. 749*);

16) **Raimundus de Ruffo** (Russo, Roux), Caturcensis, nepos = diac. s. Mariae in Cosmedin, † 1325 m. Nov. (*Bal. 750*);

d) *in quarta promotione die 18 Dec. 1327 habita:*

17) **Joannes de Convenis,** aep. Tholosan, = tit. s. Vitalis, postea (1331) ep. Portuen. (non Ostien.), vulg. „Convenarum", † 1344 (alias 1348) Nov. 20 (*Bal. 753*);

18) **Annibaldus (Gaietani) de Ceccano,** aep. Neapolitan. = tit. s. Laurentii in Luc., postea (c. a. 1333) ep. Tusculan. (cfr. not. ad nr. 12), † 1350 m. Jul. vel Aug. (*Bal. 755*);

19) **Jacobus Novelli (Fournier)** O. Cist., ep. Mirapiscen. = tit. s. Priscae, postea Benedictus papa XII (*Bal. 757*);

20) **Raimundus de Mostuejolis,** Aquitanus, ep. s. Papuli = tit. s. Eusebii, † 12 Nov. 1335 (non 1337, *Bal. 758*);

21) **Petrus de Mortuomari,** Lemovicensis, ep. Autissiodoren. = tit. s. Stephani in Coelio m., † 14 Apr. 1335;[2])

22) **Petrus de Capis** (Chappes), Gallus, ep. Carnoten. = tit. s. Martini in montibus, † 1336 Mart. 24 (*Bal. 674*);

23) **Matthaeus de Ursinis** O. Praed., Romanus, aep. Sipontin. = tit. ss. Joannis et Pauli, postea (1338 Dec. 18) ep. Sabinen., † 18 Aug. 1340 (*Bal. 765*);

24) **Petrus Gometii,** Toletanus, ep. Carthaginen. = tit. s. Praxedis, vulg. „Hispanus" (cfr. pag. 15 not. 6), postea (m. Aug. a. 1341) ep. Sabinen.,[3]) † 14 Julii 1348 (non 1349, *Bal. 765*);

25) **Imbertus de Puteo** (Dupuis), Montepessulanus, nepos = basilicae XII apostolorum, vulg. „de Puteo", camer. s. coll. 1340 Jul. 11, † 26 Maii 1348 (non 1347, *Bal. 768*);

26) **Joannes de Columna,** Romanus, archipresbyter Lateran. = diac. s. Angeli, † 3 Julii 1348 (non 1347, *Bal. 767*);

e) *in quinta promotione die 25 al. 24 Maii 1331 habita:*

27) **(Elias) Talayrandus** e comit. Petragoricen., ep. Autissiodoren. = tit. s. Petri ad vincula, postea (4 Nov. 1348) ep. Albanen., nuncup. card. Petragoricensis,[4]) † Avinione 17 Jan. 1364;

f) *in sexta promotione die 20 Dec. 1331 habita:*

28) **Petrus Bertrandi** sen., Arvernus, ep. Aeduen. = tit. s. Clementis, vulg. „Aeduensis", † Avinione 23 Junii 1348.[5])

XXI[a]. Nicolaus V (antipapa).

(Petrus Rainalducii de Corbario dioec. Reatin. O. Min.), die 12 Maii 1328 Romae instante Ludovico Bavaro pro imperatore Romanorum se gerente electus et mox (verisimiliter 15, certo ante 18 Maii 1328) coronatus, renuntiat primum Pisis die 25 Julii 1330, deinde Avinione 25 Aug. et 6 Sept. 1330 dignitati, „ad quam tam temerarie arrogandam inductus, imo seductus erat"; obiit Avinione 16 Oct. 1333 (*Bal. 702*).[6])

Ab eo creati sunt hi pseudocardinales (Bal. 707):

a) *in prima promotione die 15 Maii 1328 habita:*

1) **Jacobus (Alberti) de Prato,** olim ep. Castellan.,[7]) = ep. Ostien. et Velletren.;[8])

2) **Franciscus** (non Hermannus), abbas cujusdam mon. in Germania = ep. Albanen., † ante 2 Sept. 1328;

[1]) Abbas mon. s. Saturnini O. S. A.

[2]) Alias a. 1345 vel 1350 (*Bal.* 761). Quidam scriptores eum in epum. Sabinen. promotum esse dicunt, sed errant in persona; non iste Petrus, sed Petrus tit. s. Praxedis (v. supra nr. 24) a. 1340 in epum. Sabinen. promotus est.

[3]) Camer. s. coll. 1331 Mart. 5 — 1340 m. Jul.; cfr. not. 2.

[4]) „Recessit de Curia 1356 Junii 21 unacum card. Urgellen. (XXIII, 18) nuntius in Franciam destinatus" (*Bal.* 770).

[5]) Alias: 1349 Jun. 24 (*Bal. 782*). Praeter hos sec. *Ciac.-Old.* per Joh. XXII ad dign. cardin. promoti sunt: Raimundus Albertus Gottolanus O. b. M. de Merc., Petrus de Praelatis Gallus, Guilelmus de Tria Gallus, Michael Ebrardus a s. Sulpitio Gallus, Petrus Aurioli aep. Aquen., Joannes (de Plessis) ep. Atrebaten. Sed quidquid sit de quatuor prioribus, Petrum Aurioli confundi cum praedecessore suo Petro de Prato (v. supra nr. 12) et Joannem de Plessis cum praedec. suo Joanne dicto Monacho (XVII, 4) manifestum est.

[6]) In Arch. Vat. exstat unum registrum hujus antipapae (sign. nr. 118), quod ante duo circ. decennia modo abbreviato publici juris factum est in periodio dicto „*Archivalische Zeitschrift*" t. IV (N. F.).

[7]) A Joanne XXII amotus, eo quod partes Ludovici Bav. secutus erat, quem etiam in imperatorem Rom. coronavit sicuti Petrum Rain. in pseudopapam.

[8]) A. 1329 abiit in Germaniam ibique praesertim Monachii commorabatur, continuo epum. Ostien. et Velletren. atque sedis apost. legatum nominari se faciens, † post a. 1335.

3) **Bonifatius de Donoratico** O. Praed., Pisanus, ep. Chironen.[1]) = fortasse ep. Tusculan.;
4) **Nicolaus de Fabriano** O. Er. s. A.[2]) = tit. s. Eusebii, mox ep. Albanen., renuntiat a. 1333;
5) **Petrus Henrici** (al. Orrighi, Oringhius, Oringa), Romanus = tit. s. Petri ad vincula;
6) **Joannes Arlottus,** Romanus, can. bas. princ. apost. de Urbe = diac. s. Nicolai in carcere Tulliano;

b) *in posterioribus promotionibus:*

7) **Paulus de Viterbio** O. Min., c. m. Sept. 1328, promotus in tit., qui ignoratur (fortasse ep. Tusculan.);[3])
8) **Joannes** filius Matthaei **de Vicecomitibus,** Mediolan.,[4]) prom. Pisis 19 vel 20 Jan. 1329 in diac. s. Eustachii;[5])
9) **Pandulfus Capocii,** pseudoepisc. Viterbien., promotus in ep. Portuen.[6])

XXII. Benedictus XII.

(Jacobus Novelli al. Furnarii de Savarduno dioec. Appamiar. O. Cist., tit. s. Priscae presb. card., cfr. XXI, 19), Avinione el. die 16 Dec. 1334 et coron. 8 Jan. 1335,[7]) obiit Avinione 25 Apr. 1342.

S. R. E. cardinales die 18 Dec. 1338 ab ipso creati:

1) **Gotius** (de Arimino al. de Battaglia), patr. Constantinop. = tit. s. Priscae,[8]) † 10 Junii 1348 (*Bal. 810*);
2) **Bertrandus de Deucio** (Deux), Uticensis, aep. Ebredunen. = tit. s. Marci, vulg. „Ebredunensis",[9]) postea (1348 Nov. 4) ep. Sabinen., † 21 Oct. 1355 (*Bal. 812*);
3) **Petrus Rogerii** O. S. B., aep. Rothomagen. = tit. ss. Nerei et Achillei[10]), postmodum Clemens papa VI;
4) **Guilelmus de Curte** O. Cist., nepos, ep. Albien. = tit. ss. IV Coronat.[11]), postea (18 Dec. 1350) ep. Tusculan., camer. s. coll. 1348 Maii 31, „Card. albus", † 12 Junii 1361 (*Bal. 816*);
5) **Bernardus** (non Bertrandus) **de Albia,** ep. Ruthenen. = tit. s. Cyriaci in thermis (postquam 1339 Aug. 2 Curiam intravit), deinde (1349 Jan. 19) ep. Portuen., vulg. „Ruthenensis", † 23 Nov. 1350 (*Bal. 820*);
6) **Raimundus Montfort** O. b. Mariae de merc. = tit. s. Steph. in C. m., † Barchinonae, antequam galerum rubrum recepit. *Cujus loco 1339 m. Jan. (ante diem 19) sacro collegio aggregatus est:*
7) **Guilelmus de Aura,** Tosolanus, abbas mon. Montisolivi O. S. B. = tit. s. Stephani in Coelio monte, vulg. „Montisolivi", † 3 Dec. 1353 (*Bal. 822*).[12])

---

[1]) Non Mothonen. vel Coronen.

[2]) Prior provincialis et inquisitor haer. prav.

[3]) Diutius aliis collegis apud Nicolaum antipapam remansisse, denique in Germaniam aufugisse ibique obiisse dicitur (*Bal.* 711).

[4]) Cardinalis sive ordinarius sive canonicus eccl. Mediolan.

[5]) Renuntiat die 15 Sept. 1329 per procuratores coram Joanne XXII, a quo m. Aug. 1331 ecclesiae Novarien. in episcopum legitimum praeficitur, † 5 Oct. 1354, dum est aepus. Mediolan., ad quam eccl. 17 Julii 1342 translatus est.

[6]) Die 27 Dec. 1354 Innoc. pp. VI ad preces Angelucii, quondam Fidancii Capocii filii, civis Viterbien. (exponentis, Pandulfum Capocii presb. Viterbien.,consanguineum suum, dudum pro eo, quod a quondam Petro de Corbario O Min. tunc . . . antipapa in anticardinalem assumptus erat eidemque Petro et Ludovico de Bavaria adhaeserat, excommun. sententiis innodatum eisque adhuc ligatum in itinere veniendi ad sedem apost. pro absolutionis beneficio obtinendo gravi infirmitate detentum petiisse presbyterum, cui confiteretur, sed, priusquam copiam confessoris habere potuit, loquelam amisisse et sic defunctum esse, signis tamen poenitentiae datis) episcopo Senen. mandat, ut, si est ita, corpus illius defuncti, debita absolutione praemissa, ecclesiasticae sepulturae tradi faciat. Cfr. Reg. Vat. t. 226 f. 247 ep. 377.

[7]) Alias el. 16 et coron. 20 Dec. 1334. — Tunc temporis praeter ipsum hi S. R. E. cardinales erant: Gaucelmus ep. Albanen. (XXI, 3), Petrus ep, Praenestin. (XXI, 12), Bertrandus ep. Ostien. (XXI, 4), Joannes ep. Portuen. (XX, 17), Guilelmus ep. Sabinen. (XX, 22), Annibaldus ep. Tusculan. (XXI, 18), Talairandus tit. s. Petri ad vinc. (XXI, 27), Raimundus tit. s. Eusebii (XXI, 20), Petrus tit. s. Stephani in C. m. (XXI, 21), Petrus tit. s. Martini in mont. (XXI, 22), Petrus tit. s. Clementis (XXI, 28), Matthaeus tit. ss. Joh. et Pauli (XXI, 23), Petrus tit. s. Praxedis (XXI, 24), Imbertus bas. XII apost. (XXI, 25), Neapoleo diac. s. Adriani (XVI, 5), Jacobus diac. s. Georgii (XVIII, 4), Lucas diac. s. Mariae in via lata (XVIII, 13), Raimundus diac. s. Mariae novae (XX, 14), Bertrandus diac. s. Mariae in Aquiro (XXI, 6), Galhardus diac. s. Luciae (XXI, 7), Joannes diac. s. Theodori (XXI, 8), Arnaldus diac. s. Eustachii (XXI, 9), Joannes diac. s. Angeli (XXI, 26).

[8]) „Intravit Curiam unacum Petro tit. ss. Nerei et Ach. (v. infra nr. 3) 1339 Maii 5."

[9]) „Recessit de Curia 1344 Junii 2 iturus ad partes Cathaloniae pro pace tractanda inter reges Arag. et Major. atque 1346 Aug. 26 ad partes regni Siciliae apost. sedis legatus; revertitur 1348 Nov. 17."

[10]) Cfr. not. ad XXII, 1 (supra not. 8).

[11]) „Recessit de Curia 1342 Oct. 9 legatus factus in Lombardia revertitur 1343 Oct. 30."

[12]) Ex his 7 creatis eo tempore in Curia erant praesentes ii. qui nr. 2, 4, 7 sunt recensiti; eos, qui nr. 1, 3, 5, S. P. litteris 19 Dec. 1338 datis de ipsorum creatione certiores reddit.

XXIII. Clemens VI.

(Petrus Rogerii O. S. B., tit. ss. Nerei et Ach. presb. card., cfr. XXII, 3), Avinione el. die 7 (non 14) et coron. 19 Maii 1342[1]), obiit 6 Dec. 1352.

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione die 20 Sept. 1342 habita:*

1) **Elias de Nabinalis** O. Min., Petragoricensis, patr. Hierosol., olim aep. Nicosien. = tit. s. Vitalis, vulg. „Nicosiensis", † 1348 Jan. 13 (non 1367, *Bal. 836*);

2) **Guido de Bolonia** (Boulogne) al. de Monteforti, aep. Lugdunen. (non ep. Bononien.) = tit. s. Caeciliae[2]), postea (1350) ep. Portuen., vulg. „Boloniensis", † Ilerdae die 25 Nov. 1373 (non 1374, *Bal. 837*);

3) **Aimericus de Castrolucii** (Chaslus), Lemocivensis, ep. Carnoten. = tit. s. Martini in montibus, vulg. „Carnotensis",[3]) † 31 Oct. 1349 (non 1348, *Bal. 840*);

4) **Andreas (Ghini Malpigli)** de Florentia, ep. Tornacen. = tit. s. Susannae, recessit de Curia iturus ad partes Aragoniae 1343 Febr. 1, † Perpiniani 2 Junii 1343 (*Bal. 844*);

5) **Stephanus Alberti** (Aubert), Lemovicensis, ep. „Claromontensis" = tit. ss. Joannis et Pauli, postea (13 Febr. 1352) ep. Ostien., poenitentiarius major, denique Innocentius papa VI (*Bal. 918*);

6) **Hugo Rogerii** O. S. B., nepos, el. Tutellen. = tit. s. Laur. in Dam., „Tutellensis",[4]) † 21 Oct. 1363 (*Bal. 845*);

7) **Ademarus Roberti**, Lemovicensis, nepos, notarius apost. = tit. s. Anastasiae, † 1 Dec. 1352 (*Bal. 849*);

8) **Gerardus de Daumario (de Guardia)**, O. Praed. mag. gen. = tit. s. Sabinae, † Avin. 27 Sept. 1343 (*Bal. 852*);

9) **Bernardus** (non Bertrandus) **„de Turre"**, nepos, can. Lugdunen. = diac. s. Eustachii, † 7 Aug. 1361 (*Bal. 853*);

10) **Guilelmus Judicis** (de la Jugée), Lemovicensis = diac. s. Mariae in Cosmedin[5]), postea (22 Sept. 1368) translatus in presb. ord. tit. s. Clem., dictus „Guillermus", † 28 Apr. 1374 (*Bal. 854*);

b) *in secunda promotione die 19 Maii 1344 habita:*

11) **Petrus Bertrandi**, Provincialis, nepos Petri Bertr. tit. s. Clem. (cfr. XXI, 28), ep. „Atrebatensis" = tit. s. Susannae, postea (1353) ep. Ostien.[6]), † 13 Julii 1361 (*Bal. 870*);

12) **Nicolaus de Bessia**, Lemovicensis, nepos, el. „Lemovicensis" = diac. s. Mariae in via lata, postquam 1344 Junii 1 Curiam intravit, † Romae 5 Nov. 1369 (*Bal. 874*);

c) *in tertia promotione die 29 al. 28 Maii 1348 habita:*

13) **Petrus Rogerii**, Lemovicensis, nondum 18 a. agens, nepos, notarius apost. = diac. s. Mariae novae, card. „Bellifortis" vulg. nuncup.[7]), postmodum Gregorius papa XI;

d) *in quarta promotione die 17 Dec. 1350 habita:*

14) **Aegidius** Alvari **Albernotius** (Albornoz), Hispanus, aep. Toletan. = tit. s. Clementis[8]), postea (m. Dec. 1356) ep. Sabinen., vulg. „Hispanus", poenitentiarius major, † Viterbii 23 Aug. 1367 (*Bal. 891*);

---

[1]) Cardinales S. R. E. supra nr. XXII et not. 1 nominati obierant: Raimundus tit. s. Eusebii (XXI, 20), Arnaldus diac. s. Eustachii (XXI, 9), Lucas diac. s. Mariae in via lata (XVIII, 13), Petrus tit. s. Steph. in C. m. (XXI, 21), Jacobus diac. s. Georgii (XVIII, 4), Petrus tit. s. Martini in mont. (XXI, 22), Guilelmus ep. Sabin. (XX, 22), Raimundus tit. s. Steph. in C. m. (XXII, 6), Joannes diac. s. Theodori (XXI, 8), Matthaeus ep. Sabinen. (XXI, 23), Neapoleo diac. s. Adriani (XVI, 5). Ergo, cum electioni Ben. XII praeter ipsum 23 cardinales interfuissent et ab ipso 7 creati essent, 11 autem eo sedente obiissent, Clemens VI, quo tempore electus est, 18 cardinales habuit collegas. Apud *Ciac.-Old.* legitur idem numerus, sed nomina non concordant; inter vivos adhuc recensentur Petrus de Mortuomari (XXI, 21), Neapoleo diac. s. Adriani (XVI, 5), Jacobus diac. s. Georgii (XVIII, 4), omittuntur autem Gaucelmus ep. Albanen. (XXI, 3), Petrus tit. s. Clementis (XXI, 28), Raimundus diac. s. Mariae novae (XX, 14); Bertrandus diac. s. Mariae in Aquiro (XXI, 6) electioni non interfuit.

[2]) „Recessit de Curia legatus versus Hungariam 1349 Jan. 15, rediit 1350 Junii 7".

[3]) „Recessit de Curia iturus legatus ad partes Tusciae et terras eccl. Rom. 1342 Dec. 2".

[4]) Camerarius s. coll. 1361 Sept. 4.

[5]) Postquam 1342 Oct. 12 intravit Curiam. „Recessit de Curia 1355 Julii 22 legatus ad partes Hispaniae" (ad pacificandum regem Castellae cum coniuge Blanca, cfr. *Baluze*, Vit. pap. Avin. I, 326).

[6]) „Recessit de Curia 1355 Febr. 9 missus Romam pro coron. Imperatoris (Caroli IV)."

[7]) „Intravit Curiam 1348 Junii 5."

[8]) „Recessit de Curia 1353 Aug. 13 legatus in Lombardiam."

15) **Pastor de Serraescuderio** (Sarrats?) O. Min., aep. Ebredunen. = tit. ss. Marcellini et Petri (non ss. Silvestri et Mart.), dictus „Pastor", † 11 Oct. 1356 (*Bal. 892*);

16) **Raimundus „de Canhilhaco"** (Canillac), Autissiodorensis, nepos, O. Can. s. Aug., aep. Tolosan. = tit. s. Crucis in Hierusalem, postea (1361 Nov. 4) ep. Praenestin., † Avinione 20 Junii 1373 (*Bal. 894*);

17) **Guilelmus de Agrifolio** (Aigrefeuille) O. S. B., Lemovicensis, aep. Caesaraug. = tit. s. Mariae Transtiberim, postea (1367 Sept. 17) ep. Sabinen., vulg. „Caesaraugustensis", † Viterbii 4 Oct. 1369 (*Bal. 902*);

18) **Nicolaus Capocii,** Romanus, ep. Urgellen. = tit. s. Vitalis (postquam 3 Febr. 1351 intravit Curiam), deinde (1361) ep. Tusculan., voc. „Urgellensis"[1]), † apud Montemflasconis 26 Julii 1368 (*Bal. 898*);

19) **Pictavinus de Montesquino** (Montesquieu), ep. „Albiensis" = bas. XII apostolorum (postquam 3 Febr. 1351 intravit Curiam), † 1 Febr. 1355 (non 1356, *Bal. 897*);

20) **Arnaldus** (non Pontius) **de Villamuro,** O. Can. s. Aug., ep. Appamiarum = tit. s. Sixti (postquam 3 Febr. 1351 intravit Curiam), vulg. „Appamiensis", † 28 Oct. 1355 (*Bal. 902*);

21) **Petrus de Cros(o),** Lemovicensis, nepos, ep. Autissiodoren. = tit. s. Martini in mont. (postquam 5 Apr. 1351 intravit Curiam), vulg. „Autissiodorensis", † 23 Sept. 1361 (*Bal. 900*);

22) **Aegidius Rigaudi,** abbas mon. s. Dionysii in Francia O. S. B. = tit. s. Praxedis (postquam intravit Curiam 14 Junii 1351), vulg. „s. Dionysii", † 10 Sept. 1353 (*Bal. 905*);

23) **Joannes „de Molendinis"** (de la Molineyrie), Lemovicensis, O. Praed. mag. gen. = tit. s. Sabinae (postquam 3 Febr. 1351 intravit Curiam), † Avinione 23 Febr. 1353 (non 1358, *Bal. 906*);

24) **Rainaldus** (Reginaldus) **„de Ursinis",** Romanus, notarius apost. = diac. s. Adriani, † 6 Junii 1374 (*Bal. 907*);

25) **Joannes „de Caramagno"** (Caraman seu Carmaing), Caturcensis, pronepos Joannis XXII, notarius apost. = diac. s. Georgii ad velum aur., † in loco de s. Felice dioec. Vauren. 1 Aug. 1361.[2])

XXIV. Innocentius VI.

(Stephanus Alberti, Lemovicensis, ep. Ostien., cf. XXIII, 5), Avinione el. 18 et coron. 30 (non 23) Dec. 1352[3]), obiit Avinione 12 Sept. 1362.

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione die 15 Febr. 1353 habita:*

1) **Audoynus Alberti,** Lemovicensis, nepos, ep. Magalonen. = tit. ss. Joannis et Pauli, deinde (paulo post 13 Julii 1361) ep. Ostien., voc. „Magalonensis", † Avin. 10 Maii 1363 (*Bal. 925*);

b) *in secunda promotione die 23 Dec. a. 1356 habita:*

2) **Elias de s. Eredio** al. Aredio (Saint Yrieux), Lemovicensis, O. S. B., ep. Uticen. = tit. s. Stephani in Coelio monte, postea (paulo post 10 Maii 1363) ep. Ostien., † Avin. 10 Maii 1367 (*Bal. 931*);

3) **Franciscus de Aptis** (degli Atti) de Tuderto, ep. Florentin. = tit. s. Marci, voc. „Florentinus", poenit. major, † apud pontem Sorgiae 25 Aug. (al. 4 Sept.) 1361 (*Bal. 933*);

4) **Petrus de Monteruc(o),** Lemovicensis, nepos, el. Pampilonen. = tit. s. Anastasiae, voc. „Pampilonensis", S. R. E. vicecancellarius, † Avinione 20 Maii 1385 (*Bal. 934*);

---

[1]) Recessit de Curia 1356 Junii 21 una cum card. Petragor. (XXI, 27) nuntius in Franciam.

[2]) *Bal. 907.* Apud *Ciac.-Old.* praeter hos alii quatuor ad hon. cardin. a Clem. VI promoti leguntur: Petrus cogn. Cyriacus (Bertrandi, v. XXIII, 11!) ep. Atrebaten., Matthaeus Corozman (Konzmann) ep. Brixinen., Stephanus de Guardia (de la Garde) aep. Arelaten., Dominicus Serrano O. b. Mariae de Merc. mag. gen.

[3]) Eo tempore praeter ipsum hi S. R. E. cardinales erant: Petrus ep. Praenestin. (XXI, 12), Talairandus ep. Albanen. (XXI, 27), Bertrandus ep. Sabinen. (XXII, 2), Guido ep. Portuen. (XXIII, 2; fuit absens), Guilelmus ep. Tusculan. (XXII, 4), Guilelmus tit. s. Stephani in C. m. (XXII, 7), Hugo tit. s. Laur. in Dam. (XXIII, 6), Aegidius tit. s. Clementis (XXIII, 14), Guilelmus tit. s. Mariae tr. Tib. (XXIII, 17), Pastor tit. ss. Marcellini et Petri (XXIII, 15), Pictavinus bas. XII apost. (XXIII, 19), Nicolaus tit. s. Vitalis (XXIII, 18), Petrus tit. s. Susannae (XXIII, 11), Joannes tit. s. Sabinae (XXIII, 23), Arnaldus tit. s. Sixti (XXIII, 20), Petrus tit. s. Mart. in mont. (XXIII, 21), Aegidius tit. s. Praxedis (XXIII, 22), Raimundus tit. s. Crucis in Hieros. (XXIII, 16), Galhardus diac. s. Luciae (XXI, 7), Bernardus diac. s. Eustachii (XXIII, 9), Guilelmus diac. s. Mariae in Cosm. (XXIII, 10), Nicolaus diac. s. Mariae in Via lata (XXIII, 12), Petrus diac. s. Mariae novae (XXIII, 13), Rainaldus diac. s. Adriani (XXIII, 24), Joannes diac. s. Georgii (XXIII, 25).

5) **Guilelmus Farinerii** de Gordonio (Gourdon), O. Min. min. gen. = tit. ss. Marcellini et Petri, voc. „de Gordonio“, intravit Curiam 1357 Jan. 26, † Avin. 17 Junii 1361 (*Bal. 941*);

6) **Nicolaus Roselli**, Tarraconensis, O. Praed. prior prov. et inquis. haer. prav. in prov. Aragoniae = tit. s. Sixti, voc. „de Aragonia“, intravit Curiam 1357 Mart. 30, † Majoricis 28 Martii 1362 (*Bal. 941*);

7) **Petrus de Foresta**, aep. Rothomagen. = bas. XII apostolorum,[1]) † 7 Junii 1361 (*Bal. 931*);

c) *in tertia promotione die 17 Sept. a. 1361 habita:*

8) **Fortanerius Vassalli** O. Min., Caturcensis, patr. Graden., † Paduae ex. mense Oct. 1361, antequam ad Curiam venisset, titulo sic non recepto (*Bal. 951*);

9) **Petrus Iterii**, Petragoricensis, ep. Aquen. (Dax) = tit. IV Coronat., voc. „Aquensis“, postea (1364 Febr. 4) ep. Albanen., † Avin. 20 Maii 1367 (*Bal. 954*);

10) **Joannes de Blandiaco**, Uticensis, ep. Nemausen. = tit. s. Marci, postea (ex. a. 1372) ep. Sabinen., voc. „Nemausensis“, † Avin. 6, sepultus 8 Julii 1379 (Reg. Avin. t. 279 f. 87);

11) **Aegidius Ysalini** (Aycelini) de Monteacuto (Aycelin de Montaigu), Arvernus, nepos Clem. VI, ep. Morinen. et cancellarius regis Franc. = tit. s. Martini in mont., postea ep. Tusculan., voc. „Morinensis“, † Avin. 5 Dec. 1378 (*Bal. 956*);

12) **Androynus de Rocha**, Burgundus, abbas „Cluniacensis“ = tit. s. Marcelli,[2]) † Viterbii 29 Oct. 1369 (*Bal. 958*);

13) **Stephanus Alberti**, Lemovicensis, nepos, el. Carcasson. = diac. s. Mariae in Aquiro, postea (22 Sept. 1368) tit. s. Laur. in Lucina, voc. „Carcassonensis“, † Viterbii 29 Sept. 1369 (*Bal. 961*);

14) **Guilelmus Bragose**, Mimatensis, el. Vabren. = diac. s. Georgii ad velum aur., postea (6 Dec. 1362) tit. s. Laurentii in Lucina, voc. „Vabrensis“, poenit. major, † Romae paulo ante 8 Nov. 1367 (*Bal. 961*);

15) **Hugo de s. Martiali**, Tutellensis, praepositus Duacen. = diac. s. Mariae in porticu, vulg. „s. Martialis“, † a. 1403.[3]).

XXV. Urbanus V.

(Guilelmus Grimoaldi, abbas mon. s. Victoris Massilien. O. S. B., Avinione el. 28 Sept. al. 31 Oct.,[4]) consecr. et coron. 6 Nov. 1362, obiit Avinione 19 Dec. 1370), postea inter Beatos relatus (*Bal. 974*);

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione Avinione die 18 Sept. 1366 habita:*

1) **Anglicus Grimoaldi** O. Can. s. Aug., Mimatensis, frater germanus, ep. Avinionen. = tit. s. Petri ad vinc., postea (17 Sept. 1367) ep. Albanen., † Avin. 13 alias 16 Apr. 1388 (*Reg. Avin. t. 279 f. 221 et Bal. 993*);

2) **Guilelmus Sudre** (de la Sudrie) O. Praed., Tutellensis, ep. Massilien. = tit. ss. Joa. et Pauli, voc. „Massiliensis“, postea (17 Sept. 1367) ep. Ostien., † 18 Apr. 1373 (*Bal. 990*);

3) **Marcus de Viterbio**, O. Min. min. gen. = tit. s. Praxedis, intravit primo Curiam 14 Dec. 1367, vulg. „Viterbiensis“, † Viterbii 4 Sept. 1369[5]);

b) *in secunda promotione apud Massiliam 12 Maii 1367 habita:*

4) **Guilelmus de Agrifolio** (Aigrefeuille), Lemovicensis, nepos Clem. VI, decanus eccl. Claromonten. et apost. sedis notarius = tit. s. Stephani in Coelio monte, vulg. „de Agrifolio“, † Avin. 13 Jan. 1401 (*Bal. 997*);[6])

[1]) Intravit Curiam 1357 m. Maii.

[2]) „Recessit a Curia iturus legatus apost. sedis in Lombardiam 1363 Dec. 15, rediit ad ipsam Romae 1368 Apr. 13“.

[3]) *Bal. 963.* Apud *Ciac.-Old.* praeter hos cardinales ab Innoc. VI creatos recensetur Joannes Lassus Hispanus O. b. Mariae de Mercede.

[4]) Eo tempore erat sedis apost. in regno Siciliae legatus. Tunc hi 21 S. R. E. cardinales florebant: Talairandus ep. Albanen. (XXI, 27), Guido ep. Portuen. (XXIII, 2), Aegidius ep. Sabinen. (XXIII, 14, absens in Italia), Raimundus ep. Praenestin. (XXIII, 16), Nicolaus ep. Tusculan. (XXIII, 18), Audoynus ep. Ostien. (XXIV, 1), Hugo tit. s. Laur. in Dam. (XXIII, 6), Guilelmus tit. s. Mariae tr. Tib. (XXIII, 17), Elias tit. s. Steph. in C. m. (XXIV, 2), Petrus tit. s. Anastasiae (XXIV, 4), Aegidius tit. s. Mart. in mont. (XXIV, 11), Androinus tit. s. Marcelli XXIV, 12), Joannes tit. s. Marci (XXIV, 10), Petrus tit. ss. IV Coron. (XXIV, 9), Guilelmus diac. s. Mariae in Cosm. (XXIII, 10), Nicolaus diac. s. Mariae in via lata (XXIII, 12), Petrus diac. s. Mariae novae (XXIII, 13), Rainaldus diac. s. Adriani (XXIII, 24), Guilelmus diac. s. Georgii (XXIV, 14), Stephanus diac. s. Mariae in Aquiro (XXIV, 13), Hugo diac. s. Mariae in port. (XXIV, 15).

[5]) *Bal. 997. Ciac.-Old.* referunt, sec. nonnullos scriptores in hac promotione etiam Petrum Tornaquincium ep. Florentinum sacro collegio aggregatum esse; hi vero errant circa cognomen et tempus: non in hac promotione, sed in quarta ab Urb. V Petrus Corsinus ep. Florentin. S. R. E. card. creatus est.

[6]) Cui die 8 Febr. 1385 Clemens VII concedit, ut omnia emolumenta ratione capelli rubri a die 29 Nov. 1378, quo legatus in Germaniam missus est, usque ad 29 Jan. 1385, quo die ad Curiam rediit, percipere valeat, ac si illo tempore apud eam praesens fuisset (Obl. t. 43 f. 95).

c) *in tertia promotione apud Montemflasconis die 22 Sept. 1368 habita:*

5) **Arnaldus Bernardi** al. Bertrandi, patr. Alexandrin., † paulo post promotionem titulo non recepto (*Bal. 1016*);

6) **Philippus Cabassole,** Avinionensis, patr. Hierosol. = tit. ss. Marcellini et Petri, postea (31 Maii 1370) ep. Sabinen., vulg. „Hierosolymitanus";[1]) † Perusii 27 Aug. 1372 (*Bal. 1019*);

7) **Simon de Langham** O. S. B., aep. Cantuarien. = tit. s. Sixti, postea (c. m. Aug. 1373) ep. Praenestin.,[2]) „Anglicanus". † Avin. 22 Julii 1376 (*Bal. 1024*);

8) **Bernardus de Bosqueto,** Caturcensis, aep. Neapolitan. = bas. XII apost., intravit primo Curiam 31 Oct. 1368, † Avin. 19 Apr. 1371 (*Bal. 1026*);

9) **Joannes de Dormans,** Briocensis, ep. Bel(lo)vacen., cancellarius regni Franciae = tit. ss. IV Coronat., voc. „Bellovacensis", † 7 Nov. 1373 (*Bal. 1027*);

10) **Stephanus de Poissy** al. Parisiis, ep. Parisien. = tit. s. Eusebii, intravit primo Curiam 13 Febr. 1369, vulg. „Parisiensis", poenitentiarius major, † Avin. 17 Oct. 1373 (*Bal. 1029*);

11) **Petrus de Banaco,** Lemovicensis, ep. Castren., olim abbas mon. Montismajoris O. S. B. = tit. s. Laur. in Damaso, voc. „Montismajoris", † Viterbii 7 Oct. 1369 (*Bal. 1030*);[3])

12) **Franciscus de Theobaldeschis,** Romanus, prior bas. princ. apost. de Urbe = tit. s. Sabinae, voc. „s. Petri", intravit primo Curiam 20 Oct. 1368, † Romae 6 vel 7 Sept. 1378);[4])

d) *in quarta promotione apud Montemflasc. 7 Junii 1370 habita:*

13) **Petrus de Stagno** (d'Estaing) O. S. B., Ruthenensis, aep. Bituricen. = tit. s. Mariae in Transtiberim,[5]) deinde (post 28 Sept. 1373) ep. Ostien., † Romae (in domo tituli sui s. M. tr. Tib.) 25 Nov. 1377 (*Bal. 1039*);

14) **Petrus Corsinus,** ep. Florentinus = tit. s. Laur. in Damaso, postea (a. 1374) ep. Portuen. (non Ostien.), voc. „Florentinus";[6]) † Avin. 16 Aug. 1405[7]).

XXVI. Gregorius XI.

(Petrus Rogerii, s. Mariae novae diac. card., cfr. XXIII, 13), Avinione el. 30 Dec. 1370,[8]) consecr. et coron. 5 Jan. 1371, obiit Romae 1378 Mart. 27 (*Bal. 1059*).[9])

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 30 Maii 1371 Avinione habita:*

1) **Petrus Gometii** de Barroso Albornoz, aep. Hispalen. = tit. s. Praxedis, † 2 Junii al. 3 Julii 1374 (*Bal. 1061*);

2) **Joannes de Cros(o),** nepos, ep. Lemovicen. = tit. ss. Nerei et Ach., postea (24 Sept. 1376) ep. Praenestin., voc. „Lemovicensis"[10]), poenitentiarius major, † 21 Nov. 1383 (*Bal. 1063*);

3) **Bertrandus de Cosnaco** O. Can. s. A., Lemovicensis, ep. Convenarum = tit. s. Marcelli, vulg. „Convenarum", † 17 Junii 1374 (*Bal. 1069*);

4) **Bertrandus Atgerius** al. Lagerius de Figiaco O. Min., ep. Glandaten. = tit. s. Priscae, dein s. Caeciliae, postea (m. Apr. 1378) ep. Ostien., vulg. „Glandatensis", † 8 Nov. 1392 (*Bal. 1072*);

5) **Robertus de Gebennis,** ep. Cameracen. = bas. XII apost., „Gebennensis"[11]), futurus in sua obed. Clemens VII;

---

[1]) Intraverat primo Curiam apud Montemflasc. 1369 Junii 4.

[2]) Intraverat primo Curiam apud Montemflasc. 1369 Maii 24.

[3]) Omnium, qui cum eo ad dign. card. promoti sunt, tempore promotionis in Curia Rom. praesens erat ipse solus.

[4]) *Bal. 1032.* Arch. Vat. Obl. t. 43 (al. 344) f. 52 legimus, eum mense Augusto a. 1378 Romae obiisse.

[5]) Postquam 1370 Junii 28 Curiam intravit.

[6]) Die 30 Sept. 1381 venit ad Curiam Avinionen. (Reg. Avin. t. 279 f. 117); cfr. pag. 22 not. 6.

[7]) *Bal. 1040.* Inventarium rerum mobilium ab ipso relictarum v. Arch. Vat. Reg. Ben. XIII Av. t. 48 f. 216.

[8]) Tunc praeter ipsum hi 19 S. R. E. cardinales existebant: Guido ep. Portuen. (XXIII, 2), Raimundus ep. Praenestin. (XXIII, 16), Guilelmus ep. Ostien. (XXV, 2), Anglicus ep. Albanen. (XXV, 1, fuit absens in Italia), Aegidius ep. Tusculan. (XXIV, 11), Philippus ep. Sabinen. (XXV, 6), Petrus tit. s. Anastasiae (XXIV, 4), Joannes tit. s Marci (XXIV, 10), Guilelmus tit. s. Steph. in C. m. (XXV, 4), Simon tit. s. Sixti (XXV, 7), Bernardus bas. XII apost. (XXV, 8), Joannes tit. ss. IV Coron. (XXV, 9, forsan absens), Stephanus tit. s. Eusebii (XXV, 10), Franciscus tit. s. Sabinae (XXV, 12), Petrus tit. s. Mariae tr. Tib. (XXV, 13, absens in Italia), Petrus tit. s. Laur. in Dam. (XXV, 14), Guilelmus diac. s. Mariae in Cosm. (XXIII, 10), Rainaldus diac. s. Adriani (XXIII, 24), Hugo diac. s. Mariae in port. (XXIV, 15).

[9]) Vel potius Mart. 26 circa horam noctis secundam (Reg. Avin. t. 279 f. 70).

[10]) Recessit de Curia 1378 Dec. 30 et ivit nuntius apost. in Franciam; die 16 Aug. 1379 reversus de Parisiis intravit Curiam (Reg. Avin. t. 279 f. 89).

[11]) Recessit de Curia 1376 Maii 27 legatus in Lombardiam, de qua legatione revertitur ad Curiam 1378 Mart. 13.

6) **Guilelmus de Chanaco** O. S. B., ep. Mimaten. = tit. s. Vitalis,[1]) ,,Mimatensis", † Avin. 30 Dec. 1383 (*Bal. 1085*);
7) **Joannes Fabri** (Lefèvre), Lemovicensis, ep. Tutellen. = tit. s. Marcelli, † Avin. 6 Martii 1372 (*Bal. 1092*);
8) **Joannes de Turre,** abbas mon. Floriacen. O. S. B. = tit. s. Laur. in Lucina, † Avin. 15 Apr. 1374 (*Bal. 1092*);
9) **Jacobus de Ursinis,** Romanus, notarius apost. = diac. s. Georgii ad velum aur., † apud Vicum Varronis al. Tagliacotii 13 Aug. 1379 (*Bal. 1093,* cfr. Reg. Avin. t. 279 f. 87);
10) **Petrus Fland(r)in(i),** Vivariensis, referend. S. P. = diac. ,,s. Eustachii", † Avin. 23 Jan. 1381 (*Bal. 1104*);[2])
11) **Guilelmus Noellet(i),** referend. S. P. = diac. ,,s. Angeli",[3]) † Avin. 4 Julii 1394 (non 1390, *Bal. 1113*);
12) **Petrus de Vernhio** (Vergne), Tutellensis, adiac. Rothomag., referend. et auditor caus. pal. apost. = diac. s. Mariae in via lata, † Avin. 6 Oct. 1403 (*Bal. 1116*);

b) *in secunda promotione die 20 Dec. 1375 habita:*

13) **Petrus Judicis** (de la Jugée) O. S. B., aep. Rothomagen., antea Narbonen. = tit. s. Clementis, vulg. ,,Narbonensis", † Pisis die 19 al. 21 vel potius 2 Nov. 1376 (*Bal. 1130,* cfr. Reg. Avin. t. 279 f. 51);
14) **Simon de Borsano,** aep. Mediolan. = tit. s. Joannis et Pauli, ,,Mediolanensis", † Niciae 27 Aug. 1381 (cfr. infra not. 6);
15) **Hugo de Montelegum** (Montelais) de Britannia (minori), ep. Briocen. = tit. ss. IV Coron., postea (post 8 Julii 1379) ep. Sabinen., vulg. ,,de Britannia", † Avin. 29 Febr. 1384 (non 1390, *Bal. 1141*);
16) **Joannes de Buxeria** (Bussière), abbas Cisterc. = intravit Curiam 1376 Mart. 6, † 4 Sept. 1376[4]) (*Bal. 1181*);
17) **Guido de Malosicco** (Malesec), ep. Pictaven. = tit. s. Crucis in Hier., postea (paulo post 21 Nov. 1383) ep. Praenestin., vulg. ,,Pictavensis" al. ,,Penestrinus",[5]) † Parisiis 8 Mart. al 4 Apr. 1412 (*Bal. 1144*);
18) **Joannes de Grangia** (de la Grange) O. S. B., ep. Ambianen. = tit. s. Marcelli (postquam 1376 Junii 26 venit ad Curiam), vulg. ,,Ambianensis",[6]) tr. a. 1394 ad Tusculan., † Avin. 24 Apr. 1402 (*Bal. 1154*);
19) **Petrus de Sortenac(o),** Caturcensis, ep. Vivariensis = tit. s. Laur. in Lucina, postea (c. m. Mart. 1384) ep. Sabinen., voc. ,,Vivariensis", † 17 Aug. 1390 (*Bal. 1170*);
20) **Geraldus de Podio** (du Puy), nepos, abbas ,,Majorismonasterii" Turon. O. S. B., vicarius in civ. Perusina = tit. s. Clementis (a die 3 Febr. 1377, quo intravit Curiam), † Avin. 14 Febr. 1389 (*Bal. 1173*);
21) **Petrus de Luna,** praepositus Valentin. = diac. s. Mariae in Cosmedin, vulg. ,,de Luna" sive ,,de Aragonia", futurus in sua obed. Benedictus pp. XIII.[7])

XXVII. Urbanus VI.

(Bartholomaeus Prignanus, aep. Baren., Romae electus[8]) 1378 Apr. 8 et coron. 18, obiit Romae 1389 Oct. 15.

[1]) Paulo ante obitum promotus et consecr. in epum. Tusculan. (Reg. Avin. t. 279 f. 146).

[2]) Vicarius gener. in nonnullis terris Italiae ad eccl. Rom. pertinentibus a. 1375.

[3]) A. 1374 vicarius gener. in nonnullis terris ad eccl. Rom. pertinentibus. Die 30 Sept. 1381 reversus est Avinionem (Reg. Avin. t. 279 f. 117).

[4]) Titulo non recepto.

[5]) Recedens 1378 Dec. 30 de Curia (Clem. VII), quae tunc Avinione existebat, ivit legatus in Angliam; die 30 Sept. 1381 iterum Avinionem intravit (Reg. Av. t. 279 f. 117,); 1409 Sept. 3 recessit de Pisis, ubi tunc Rom. Curia (Alex. V) erat, et ivit ad proprias lares.

[6]) Card. Ambianensis recessit de Curia ad partes Tusciae pro pace tractanda 1378 m. Febr., item 28 Jul. 1379 et ivit Parisius (ad Carolum V regem Franciae); m. Maio a. 1381 ivit Niciam ad card. Florentinum (XXV, 14) et Mediolanensem (XXVI, 14) ad Clem. VII transituros; item m. Jan. 1381 ad ducem Bituricensem ad civ. Biterren. pro factis patriae, die denique 18 Oct. 1382 ivit Lugdunum (Reg. Avin. t. 279 f. 87 et 144, ac Reg. Vat. t. 357 f. 16—19).

[7]) Recessit de Curia (Clem. VII) 1378 Dec. 30 et ivit legatus in Aragoniam; 1390 Dec. 15 rediit de legatione sua in Arag. et Hisp. (*Bal. 1182*). — Secundum *Ciac.-Old.* praeter supradictos a Gre. XI ad hon. cardin. assumpti sunt Petrus de Tartaris abbas Cassinen. (cfr. p. 25 not. 6) et Yvo (al. Evenus) O. Praed. ep. Trecoren.

[8]) Eius electioni interfuerunt hi 16 S. R. E. cardinales: Petrus ep. Portuen. Italus (XXV, 14), Joannes ep. Praenestin. (XXVI, 2), Guilelmus tit. s. Steph. in C. m. (XXV, 4), Franciscus tit. s. Sabinae Italus (XXV, 12), Bertrandus tit. s. Priscae (XXVI, 4), Robertus bas. XII apost. (XXVI, 5), Simon tit. ss. Joh. et Pauli Italus (XXVI, 14), Hugo tit. ss. IV Coron. (XXVI, 15), Guido tit. s. Crucis in Hieros. (XXVI, 17), Petrus tit. s. Laur. in Luc. (XXVI, 19), Gerardus tit. s. Clementis (XXVI, 20), Jacobus diac. s. Georgii Italus (XXVI, 9), Petrus diac. s. Eustachii (XXVI, 10), Guilelmus diac. s. Angeli (XXVI, 11), Petrus diac. s. Mariae in via lata (XXVI, 12), Petrus diac. s. Mariae in Cosm. (XXVI, 21); reliquorum 7 cardinalium 6 Avinione morabantur: Anglicus ep. Albanen. (XXV, 1), Aegidius ep. Tusculan. (XXIV, 11), Joannes ep. Sabinen. (XXIV, 10), Petrus tit. s. Anastasiae (XXIV, 4), Guilelmus tit. s. Vitalis (XXVI, 6), Hugo diac. s. Mariae in port. (XXIV, 15); Massae prope Pisas negotiis S. R. E. insistens detinebatur Joa. tit. s. Marcelli (XXVI, 18).

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione Romae apud s. Mariam tr. Tib. die 18 Sept. 1378 facta:*[1])

1) **Thomas(inus) de Frignano** O. Min., patr. ,,Gradensis" = tit. ss. Nerei et Achillei[2]), † Romae 1381 Nov. 19;

2) **Pileus de Prata,** aep. Ravennat. = tit. s. Praxedis, postea (ante 10 Nov. 1385) ep. Tusculan., vulg. ,,Ravennatensis", qui recedens ab Urb. VI transit 1387 Junii 13 ad Clem. VII, inter card. presb. tit. s. Priscae cooptatus, postea ad Bon. IX redit, ab eo 1391 Febr. 13 iterum ut ep. Tusculan. receptus[3]), † c. 1400;

3) **Franciscus Moricotti (Prignani),** aep. Pisan. = tit. s. Eusebii, dein (m. Jul. 1380) ep. Praenestin., ,,Pisanus", vicecancellarius S. R. E.,[4]) † 1394 Febr. 6;

4) **Lucas Radulfucii de Gentilibus,** ep. Nucerin., Vicarius de Urbe = tit. s. Sixti, ,,Nucerinus"[5]), † 1389 Jan. 18;

5) **Andreas Martini Bontempi,** ep. Perusin. = tit. ss. Marcellini et Petri, vulg. ,,Perusinus", † 1390 Julii 16;[6])

6) **Bonaventura** ,,de Padua" O. Er. s. A. prior gen. = tit. s. Caeciliae, † (sagitta ut fertur confossus) a. 1389;[7])

7) **Nicolaus Misquinus** seu Caracciolus O. Praed.[8]) = tit. s. Cyriaci, vulg. ,,s. Cyriaci", † 1389 Julii 29;

8) **Philippus Carafa,** archidiac. Bononien. = tit. s. Martini in mont., vulg. ,,Bononiensis", † 1389 Maii 22;

9) **Galeotus Tarlatus de Petramala** = diac. s. Agathae, vulg. ,,de Petramala", transit ab obedientia Urb. VI ad Clem. VII, a quo 1388 Maii 5 ad diac. s. Georgii transfertur , † inter a. 1397 et 1400;[9])

10) **Joannes de Amelia,** aep. Corfien. = tit. s. Sabinae, qui jussu Urb. VI in castro Nucerino die 12 Jan. 1385 et ipse et alii infra nr. 15, 26, 27, 28, 32 nominati cardinales tamquam in ipsum S. P. conspirantes carceri manipati et (excepto card. de Anglia, cfr. nr. 26) m. Dec. 1386 Januae. extincti sunt;[10])

11) **Philippus de Rufinis** O. Praed,. ep. Tiburtin. = tit. s. Susannae, ,,Tiburtinus", † ante 22 Maii 1386;

12) **Poncellus Ursinus,** ep. Aversanus = tit. s. Clementis, ,,Aversanus" sive ,,de Ursinis", † 1395 Febr. 2 (al. 11);

13) **Bartholomaeus Mezzavacca,** ep. Reatin. = tit. s. Marcelli, vulg. ,,Reatinus", ab Urb. VI privatus 1383 Oct. 15, a Bon. IX restitutus collato ei titulo s. Martini 1389 Dec. 18, † 1396 Julii 29;

14) **Rainulfus** (Ramnulfus), ep. ,,Sistaricensis" = tit. s. Pudentianae, vicecancellarius S. R. E., † 1382 Aug. 15;

15) **Gentilis „de Sangro"** = diac. s. Adriani; cfr. supra nr. 10;[11])

16) **Philippus de Alenconio,** patriarcha Hierosol. = tit. s. Mariae tr. Tib., postea (jam a. 1380) ep. Sabinen., denique (jam a. 1388) ep. Ostien., vulg. ,,de Alenconio"[12]), † 1397 Aug. 16;

---

[1]) Sacrum collegium omne ab eo defecerat (Francisco de Thebaldeschis tit. s. Sabinae jam mortuo); Cardinales e Gallia oriundi Robertum bas. XII apost. presb. card. in Summum Pont., qui in sua obedientia Clementem VII se nominabat, elegerant, Cardinales vero ex Italia oriundi (numero tres) quandam neutralitatem observabant, e quibus Jacobus Ursinus diac. s. Georgii 13 Aug. 1379 et Simon de Borsano tit. ss. Joh. et Pauli (transiturus ad Clem. VII) 27 Aug. 1381 e vita decesserunt, Petrus vero Corsinus ep. Portuen. ad Cle. VII transit. Nonnulli referunt, Urb. VI in prima promotione nonnisi 12 Cardinales creasse.

[2]) Alias ep. Tusculan.

[3]) Quare vulgo ,,cardinalis de tribus capellis seu pileis" fuit appellatus. Rediit ad Curiam (de legatione in Germania) 1385 Nov. 10 et iterum rediit de sua legatione 1397 Jan. 9. Cfr. lib. II Vivarien. not. 8 et Reg. Avin. t. 279 f. 205.

[4]) Post obitum Rainulfi, cfr. infra nr. 14. — Die 21 Apr. 1380 constit. vic. gen. in tempor. in prov. Camp. et Marit. (Reg. Vat. t. 310, f. 7, 108, 270; cfr. t. 311 f. 177),

[5]) Vic. gen. in tempor. in ducatu Spoletan. 1380—1388 (Reg. Vat. t. 310 f. 23 et 89 ac t. 311 f. 199). Rediit ad Curiam 1386 Mart. 3.

[6]) A. 1381 vic. gen. in tempor. in marchia Ancon. (Reg. Vat. t. 310 f. 129).

[7]) Sunt qui minus recte scribant, eum a. 1384 creatum esse. — Is subscribit bullae Urb. VI die 1 Jun. 1381 datae, qua Carolus de Duracio instituitur rex Siciliae; quare non jam a. 1379 obiisse potest, sicut aliqui scribunt. Cui bullae alii quoque card., qui infra nr. 7 et 9—14 recensentur, subscribunt.

[8]) Inquis. haer. prav. in regno Siciliae. — A. 1387 Perusii ut legatus apost. residebat, postea legatus in partibus Venetis destinatus est; 1389 Mart. 3 fit poenit. major.

[9]) Redierat ad Curiam Urb. VI 1385 Dec. 16 de legatione sua. — Contra praefatos novem cardinales tamquam ,,occupatores dignitatis cardin. et adhaerentes Bartholomaeo olim aepo. Baren." Clemens VII iudicium instituit, diem dixit, tandemque declaravit eos ,,anticardinales criminis laesae maiestatis reos" litteris die 21 Martii 1379 datis.

[10]) Die 24 Jul. 1387 Urb. VI fructus illius canonicatus eccl. Patracen., qui per privat. Joannis olim tit. s. Sabinae presb. card. vacat, nomine camerae apost. exigi jubet (Reg. Vat. t. 311 f. 38).

[11]) A. 1381 legatus in regno Siciliae institutus revocatur 15 Aug. 1382; die 8 Febr. 1387 ecclesia s. Angeli de Graecis dioec. Monopolitan., cujus commend. erat, per ipsius privat. vacans alii confertur (Reg. Vat. t. 310 f. 32 et 48 ac t. 311 f. 51).

[12]) Jam 4 Jun. 1380 est epus. Sabinen. et vic. gen. in patrim. s. Petri ac ducatu Spoletan., die autem 15 Aug. 1380 privatur hoc vicariatu, quia illicentiatus a S. P. recessit et factus est inobediens; die tamen 21 Maii 1382 homines terrae Utini vassalli ecclesiae Aquilegien., cujus admin. eidem Philippo epo. Sabinen. dudum commissa est, monentur, ut ei obediant; die denique 13 Jun. 1388 Urb. VI cuidam canonico Leodien., apost. sedis nuntio (et collectori) mandat, ut Philippo epo. Ostien., qui ad ejus praesentiam accessurus est, de pecuniis ad cameram apost. pertinentibus summam 2000 fl. auri. assignet. Cfr. Reg. Vat. t. 310 f. 45, 65, 246, et t. 311 f. 187. —

17) **Joannes Ocko de Wlasim,** aep. Pragen. = bas. XII apost., † 1380 Jan. 14;[1])
18) **Guilelmus Sanseverinus,** aep. Salernitan. = tit. s. Eusebii, † ante 24 Nov. 1378;
19) **Elziarius de Sabrano,** ep. Theatin. = tit. s. Balbinae, ,,Theatinus", poenit. major, † 1380 Aug. 25;
20) **Demetrius,** aep. Strigonien. = tit. IV Coron., qui numquam accessit ad Curiam, † 1386;
21) **Agapitus de Columna,** ep. Ulixbon. = tit. s. Priscae, ,,de Columna", † Romae 3 al. 11 Oct. 1380;
22) **Ludovicus de Altavilla** = diac. s. Mariae novae, † c. 1380;
23) **Stephanus de Columna,** praepos. s. Audomari dioec. Morinen., † eodem anno 1378 titulo non recepto;
24) **Guilelmus Courteneius** de Herefordia, ep. Londonien., qui dignitatem card. sibi oblatam non suscepisse dicitur;[2])
25) **Joannes de Flisco,** ep. Vercellen. = tit. s. Marci, ,,de Flisco" seu ,,Vercellensis", † ante m. Dec. 1384;

b) *in secunda promotione 21 Dec. 1381 habita:*

26) **Adam de Eston** O. S. B. = tit. s. Caeciliae, die 11. Jan. 1385 in castro Luceriae carceri mancipatus (cfr. supra nr. 10), ad instantiam autem regis Angliae resignata dign. card. liberatus, a Bon. IX restitutus, vulg. ,,Anglicanus" sive ,,de Anglia", † 1398 Aug. 15;
27) **Ludovicus Donati** de Venetiis O. Min. min. gen. = tit. s. Marci, vulg. ,,Venetus",[3]) cfr. supra nr. 10;
28) **Bartholomaeus de Cucurno,** aep. Januen.? = tit. s. Laur. in Dam., vulg. ,,Januensis",[4]) cfr. supra nr. 10;
29) **Franciscus Renzio de Alifia** = diac. s. Eustachii, vulg. ,,de Alifia", † 1390 Sept. 26 al 27;[5])
30) **Landulfus Mar(r)amaldus,** el. Baren. = diac. s. Nic. in carc. Tull., vulg. ,,Barensis", ab Urb. VI privatus, a Bon. IX restitutus[6]), † Constantiae 1415 Oct. 16;
31) **Perinus Tomacellus,** protonot. apost. = diac. s. Georgii, postea (1385) presb. tit. s. Anastasiae, vulg. ,,Neapolitanus", denique Bonifatius pp. IX;

c) *in promotionibus ab ex. a. 1382 usque ad a. 1385 habitis:*

32) **Marinus de Judice,** aep. Tarentin. = tit. s. Pudentianae, cfr. supra nr. 10;
33) **Thomas Ursinus** e com. de Manupello = diac. s. Mariae in Domnica, ,,de Manupello"[7]), † 1390 Julii 10;
34) **Guilelmus de Altavilla,** el. Salernitan. = diac. s. Mariae in Cosm., postea presb. tit. s. Steph. in Coelio m., vulg. ,,Salernitanus" al. ,,de Altavilla", † 1389 Julii 23 in Urbe, ad quam 1389 Jan. 28 redierat;

d) *in promotione 17 Dec. 1384 Luceriae Christ. facta:*[8])

35) **Valentinus de Alsan,** ep. ,,Quinqueecclesiensis" = tit. ss. IV Coron. (al. s. Sabinae)[9]), † 1408 Nov. 19;
36) **Angelus Acciaiolus,** ep. Florentin. = tit. s. Laur. in Dam., postea (1397 Aug. 29) ep. Ostien., vulg. ,,Florentinus"[10]), vicecancellarius, † Pisis 1408 Maii 31;

Idem card. redit 1390 Mart. 4 ad Curiam, veniens de Alemaniae, Flandriae et aliis diversis mundi partibus; 1392 Junii 23 recedit ab Urbe iturus Tiburim, aliquot mensibus post reversus ad Curiam de ea iterum recedit iturus ad eand. civ. 1395 Sept. 26 et redit 1396 Oct. 29.

[1]) De cuius bonis relictis S. P. 19 Apr. 1380 inventarium confici jubet (Reg. Vat. t. 310 f. 4).

[2]) Dignitatem cardin. ab Urb. VI sibi oblatam vel respuerunt vel habitam resignarunt Petrus de Barreria, Guterius Gometii ep. Palentin., Leonardus a Giffonio O. Min. minister gen., Stephanus Sanseverinus proton. apost.; Petrus, Guterius, Leonardus praedicti postea a Cle. VII ad dign. cardin. promoti sunt.

[3]) Die 16 Maii 1382 unacum Barthol. tit. s. Marcelli et Nicolao tit. s. Cyriaci presb. card. ad Carolum regem Siciliae mittitur (Reg. Vat. t. 310 f. 200).

[4]) Cui 16 Febr. 1382 conceditur facultas permittendi nonnullis mercatoribus, ut mercimonias ducant ad terras soldano Babyloniae subjectas, die autem 21 Maii 1382 fac. componendi nomine camerae apost. cum nonnullis personis super restitutione rerum male acquisitarum (Reg. Vat. t. 310 f. 212, 213, 246).

[5]) Desideratur apud *Ciac.-Old.*

[6]) Recessit de Curia 1393 Mart. 18 et ivit Gaetam; 1405 Jan. 7 recessit de Curia et ivit legatus ad civ. Perusin.; 1406 Nov. 13 reversus jam 1406 Dec. 8 iterum legatus eandem civ. adiit; 1407 Aug. 25 ad Gre. XII venit de Perusio Viterbium, diebus octo post ad Perusium rediit; a. 1408 a cardin. Pisanis in Germaniam missus est.

[7]) Recessit 1386 Maii 10 de Janua, ubi tunc Curia Rom. erat, iturus legatus apost. sedis in provinciam patrim. b. Petri et nonnullas alias provincias (Reg. Vat. t. 311 f. 4 et 42); postea reversus 1390 Maii 19 iterum recessit accessurus ad castra sua.

[8]) Fridericus de Saarwerden aep. Colonien., Adolfus de Nassau aep. Maguntin., Cuno de Falkenstein aep. Treveren., Arnoldus de Horn ep. Leodien., Wenceslaus de Silesia-Liegnitz ep. Vratislavien. et Petrus de Rosenberg presb. dioec. Pragen. dignitatem cardin. sibi oblatam acceptare noluerunt.

[9]) Intravit primo Curiam 1407 Aug. 22 tunc Viterbii exist.

[10]) Recessit de Curia 1390 Feb. 12 et ivit legatus sedis apost. ut baiulus Ladislai Hieros. et Sic. regis ad regimen Siciliae; postea reversus iterum recessit de Curia 1395 Febr. 6 et ivit versus Florentiam; inde recedens rediit ad Curiam 1395 Maii 11; 1403 Junii 18 denuo recessit iturus legatus ad regnum Ungariae; 1405 Aug. 29 creatur vicecancellarius S. R. E.; 1406 Sept. 24 revertitur ad Curiam de Viterbio, ubi erat in balneis.

37) **Franciscus Carbonus**, ep. „Monopolitanus" = tit. s. Susannae, postea (1392) ep. Sabinen.,[1]) † 1405 Junii 18;
38) **Marinus Bulcanus**, abbas et subdiaconus S. P. = diac. s. Mariae novae, vulg. „Bulcanus", † 1394 Aug. 8;
39) **Rainaldus Brancatius**, abbas et acolythus S. P. = diac. ss. Viti et Modesti, „de Brancatiis,"[2]), † 1427 m. Oct.;
40) **Franciscus Castagnola**, filius Pauli de Neapoli, † Januae 1385 Nov. 15, titulo non recepto;[3])
41) **Stephanus** (non Angelus) **Palosius**, ep. Tudertin. = tit. s. Marcelli, vulg. „Tudertinus", † 1396 Apr. 24;[4])
42) **Ludovicus de Flisco**, el. Vercellen. = diac. s. Adriani, vulg. „de Flisco", qui deficiens ab Inn. VII (1404 Oct. 22) transit (1405 Maii 11) ad Ben. XIII, a quo a. 1409 iterum recedit ad Alex. V, † 1423 Apr. 3;[5])
43) **Angelus de Anna de Summaripa** O. Camald. = diac. s. Luciae in Sept., postea (m. Maio 1396) presb. tit. s. Pudentianae, denique (1412 Sept. 23) ep. Praenestin., vulg. „Laudensis" seu „de Laude", † 1428 Jul. 21.[6])

XXVIII. Bonifatius IX.

(Perinus seu Petrus Tomacellus, Neapolitanus, tit. s. Anastasiae presb. card., cfr. XXVII, 31), Romae electus 1389 Nov. 2,[7]) consecr. et coron. 9 (non 11 aut 12), obiit Romae 1404 Oct. 1.

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione die 18 Dec. 1389 Romae habita*

praeter restitutos Adamum tit. s. Caeciliae, Bartholomaeum tit. s. Mart., Landulfum diac. s. Nic.[8])

1) **Henricus de Minutulis**, aep. Neapolitan. = tit. s. Anastasiae, postea (1405) ep. Tusculan., denique (1409) ep. Sabinen., vulg. „Neapolitanus", † 1412 Junii 17;
2) **Bartholomaeus de Uliariis** O. S. B., „Paduanus", ep. Florentin. = tit. s. Pudentianae, † Gaietae 16 Apr. 1396;
3) **Cosmatus Gentilis de Melioratis**, Sulmonensis, ep. Bononien. = tit. s. Crucis in Hier., „Bononiensis"[9]), postea Innocentius pp. VII;
4) **Christophorus de Maronibus** de Urbe, ep. Isernien. = tit. s. Cyriaci, „Iserniensis", † Romae die 4 Dec. 1404;

---

[1]) Poenitentiarius major ab a. 1389.

[2]) Recessit de Curia Viterbii existente 1405 Dec. 13 et ivit ad balnea versus Neapolim; postea reversus 1412 Maii 24 recessit de alma Urbe, ubi tunc Rom. Curia existebat, et ivit versus Campaniam de mandato S. P.; 1412 Maii 31 reversus jam 1412 Junii 12 iterum recessit de alma Urbe. Eidem primum Innoc. VII et dein Greg. XII ecclesiam s. Mariae tr. Tib. in comm. concessit, id quod Joh. XXIII 28 Maii 1410 confirmat (Reg. Lat. t. 142 f. 53). Cfr. lib. II Panormitan. ad a. 1410.

[3]) Alii quatuor cardinales proxime praecedentes suos receperunt titulos Januae 20 Nov. 1385 (Arch. Vat. Obl. t. 48 f. 22).

[4]) Vic. gen. in spirit. in Urbe, S. R. E. camerarius, in card. prom. ante 2 Jul. 1284, archipresb. basil. s. Mariae maj.

[5]) Vic. gen. in tempor. in patrim. s. Petri 6 Aug. 1388 (Reg. Vat. t. 311 f. 202). Recessit 1390 Julii 14 iturus versus Januam pro suis agendis, reversus est 1391 Mart. 11; recessit iterum 1392 Maii 22 iturus Januam; 1398 Mart. 4 intravit Curiam in alma Urbe; 1401 Dec. 27 et 1403 Mart. 25 rediit de Campania; 1403 Oct. 3 iterum recessit iturus Januam pro suis negotiis et habuit absentiam usque ad festum Resurr. Dom.; paulo ante 2 Oct. 1409 obtinet ab Alex. V confirm. admin. eccl. Carpentoraten., ei a Ben. XIII commissae 14 Oct. 1406, et 10 Oct. 1409 deputatur in civ. Forlivien. eiusque comitatu vic. gen. in temp.; 1410 Maii 23 intrat Bononiam, ubi tunc Rom. Curia existebat; 1412 Oct. 19 recessit de Roma, ubi tunc Curia erat, versus Bononiam, ubi unacum Jordano ep. Albanen. deputatus erat legatus apost. sedis. Ordo, quo supra Lud. de Flisco, Rainaldus Brancatius, Landulfus Maramaldus sequuntur (cfr. nr. 42, 39, 30), corrigendus est; nam in documentis Ludovicus praecedit Rainaldum, hic Landulfum.

[6]) Praeter hos ab Urb. VI ad dign. cardin. promoti esse dicuntur: Raimundellus Ursinus, Joannes Carbonus, Joannes de Stephanescis diac. s. Georgii, Julius Cossus tit. s. Mariae Transpontinae (!), Joannes de Piccolbassis ep. Ostien., Thomas Anglus O. Praed. tit. s. Petri ad vinc., Petrus de Tartaris abbas Cassin. (cfr. supra pag. 22 not. 7), Joannes ep. Urgellen., . . . ep. de Edena (?), . . . ep. de Seme (al. Scandien. seu Gradien. ?).

[7]) Praeter eum conclave pro eligendo S. P. die 25 Oct. 1389 hi 11 S. R. E. cardinales (XXVII) intraverant: Franciscus ep. Praenestin. et S. R. E. vicecanc. „Pisanus" (3), Poncellus tit. s. Clementis „de Ursinis" (12), Stephanus tit. s. Marcelli „Tudertinus" (41), Angelus tit. s. Laur. in Dam. „Florentinus" (36), Franciscus tit. s. Susannae „Monopolitanus" (37), Thomas diac. s. Mariae in Domnica „de Manupello" (33), Marinus diac. s. Mariae novae „Bulcanus" (38), Lud. diac. s. Adriani „de Flisco" (42), Franciscus diac. s. Eust. (29), Rainaldus diac. s. Viti „de Brancatiis" (39), Angelus diac. s. Viti s. Luciae in Septemsoliis „de Laude" (43); ad quos die 27 Oct. accessit 12us Andreas tit. ss. Marcellini et Petri „Perusinus" (5), modo reversus de marchia Ancon., cuius rector pluribus annis extiterat.

[8]) Cfr. XXVII, 26, 13, 30.

[9]) A. 1380 clericus s. collegii. Recessit de Curia 1390 Mart. 9 et ivit legatus apost. sedis ad partes Lombardiae et Thusciae pro tractando et ponendo concordiam inter dominum Galeatium de Vicecomitibus de Mediolano ex parte una ac communia Florentin. et Bononien. ex altera.

b) *in secunda promotione die 13 Febr. 1391 habita*

nonnisi **Pileus de Prata** (cfr. XXVII, 2) restitutus est in epum. Tusculan.;

c) *in tertia promotione die 27 Febr. 1402 Romae habita:*

5) **Antonius de Cajetanis** Romanus, patr. Aquilegen. = tit. s. Caeciliae, postea (1405) ep. Praenestin., denique (1409) ep. Portuen., vulg. „Aquilegensis“[1]), poenitentiarius major, † Romae 2 al. 11 Jan. 1412;

6) **Balthassar Cossa** Neapolitanus, archidiac. Bononien. et cubicul. S. P., decr. doctor = diac. s. Eustachii, vulg. „s. Eustachii‘, postea Joannes pp. XXIII[2]).

XXIX. Innocentius VII.

(Cosma(tu)s Gentilis de Melioratis Sulmonensis, tit. s. Crucis in Hier., cfr. XXVIII, 3), Romae electus 1404 Oct. 17[3]) et coron. Nov. 11, obiit Romae 1406 Nov. 6.

S. R. E. cardinales ab ipso die 12 Junii 1405 creati:

1) **Conradus Caracciolus** Neapolitanus, ep. Militen. = tit. s. Chrysogoni, vulg. „Militensis“[4]), † 1411 Febr. 15;

2) **Angelus Corarius** Venetus, patr. Constantinop., mag. theol. = tit. s. Marci, vulg. „Constantinopolitanus“[5]), postea Gregorius pp. XII;

3) **Franciscus Uguccioni** de Urbino, aep. Burdegalen., jur. utr. doctor = tit. ss. IV Coron., vulg. „Burdegalensis“, † 1412 Julii 14;

4) **Jordanus de Ursinis,** aep. Neapolitan. = tit. s. Martini, postea (1409) tit. s. Laur. in Dam. presb., dein (1412) ep. Albanen.[6]), denique (1431) ep. Sabinen., vulg. „de Ursinis“, poenit. major, † 1438 Maii 29;

5) **Joannes de Melioratis** Sulmonensis, aep. Ravennaten., nepos, jur. can. doctor = tit. s. Crucis in Hier., vulg. „Ravennatensis“[7]), † 1410 (al. 1411) Oct. 16;

6) **Petrus** (Philaretus al. Philargus) **de Candia** O. Min., aep. Mediolan., mag. theol. = bas. XII apost., vulg. „Mediolanensis“[8]), postea (in sua obed.) Alexander pp. V;

7) **Antonius de Arcionibus** de Urbe, ep. Asculan. = tit. s. Petri ad vinc., „Esculanus (Asculanus)“, † 1405 Julii 21 (non Jun. 12, cfr. Obl. t. 54 f. 97);

8) **Antonius de Calvis** de Urbe, ep. „Tudertinus“ = tit. s. Praxedis, postea (1409) s. Marci, † 1411 Oct. 2;

9) **Oddo de Columna** Romanus, protonot. apost. = diac. s. Georgii, vulg. „de Columna“[9]), postea Martinus pp. V;

10) **Petrus de Stephanescis** de Transtiberim de Urbe, protonot. apost. = diac. s. Angeli, postea (1409) ss. Cosmae et Dam. et (1410) iterum s. Angeli, vulg. „s. Angeli“ vel „Romanus“[10]), † 1417 Oct. 30;

---

[1]) Recessit ab Urbe 1403 Sept. 10 pro suis negotiis et habuit absentiam 2 mensium; reversus est 1404 Maii 28; iterum revenit ad Curiam 1406 Sept. 30 de balneis (de Viterbio).

[2]) Recessit 1403 Mart. 17 legatus in Romandiola; 1409 Julii 11 recessit legatus et vicarius Bononiae de Pisis, ubi tunc Rom. Curia erat, et ivit versus partes suae legationis; 1409 Aug. 8 revenit de sua legatione; 1409 Aug. 23 iterum recessit et ivit versus patrim. s. Petri ad recuperandas terras S. R. E.; 1409 Dec. 26 veniens de civ. Bononien. intravit civ. Pistorien., ubi tunc Rom. Curia existebat. — Praeter hos apud *Ciac.-Old.* minus recte recensentur promoti a Bon. IX ad hon. cardin. Leonardus Cibo ss. Cosmae et Dam. atque Angelus Cibo s. Martini (!) diaconi.

[3]) Conclave, in quo electus est, praeter ipsum intraverant — absentibus Balthassare diac. s. Eustachii (XXVIII, 6), Valentino tit. ss. IV Coron. (XXVII, 35), Ludovico de Flisco diac. s. Adriani (XXVII, 42) — hi 8 S. R. E. cardinales: Angelus ep. Ostien. (XXVII, 36), Franciscus ep. Sabinen. (XXVII, 37), Henricus ep. Tusculan. (XXVIII, 1), Antonius tit. Caeciliae (XXVIII, 5), Angelus tit. s. Pudentianae (XXVII, 43), Christophorus tit. s. Cyriaci (XXVIII, 4), Rainaldus diac. s. Viti (XXVII, 39), Landulfus diac. s. Nic. (XXVII, 30).

[4]) Recessit 1409 Sept. 3 de civ. Pisana, ubi tunc Rom. Curia existebat, et ivit de mandato S. P. ad partes Lombardiae pro custodiendis nonnullis civitatibus et terris S. R. E. — 1410 Aug. 30 deputatur locumtenens camerarii S. P.

[5]) Reversus de sua legatione de marchia Ancon. 1406 Sept. 24 a S. P. in generali consistorio fuit receptus; 1406 Oct. 20 Inn. VII ei et Joanni card. Ravenn. (v. supra nr. 5) aperuit os et voluit, quod deinceps loqui possent in consistoriis publicis et secretis et eorum vota dare et participare de communibus et 4 servitiis praelatorum.

[6]) Deputatur 1412 Oct. unacum Ludovico card. de Flisco legatus Bononiam; 1413 Sept. 2 intravit Florentiam, ubi tunc Rom. Curia existebat; 1418 Apr. 2 ipse et card. s. Marci recesserunt de Constantia legati deputati ad pacem firmandam inter Franciae et Angliae reges.

[7]) Intrat de novo Curiam 1406 Sept. 16 et a S. P. in generali consistorio receptus est. Cfr. supra not. 5.

[8]) Recessit 1405 Nov. 23 de Viterbio, ubi tunc Curia Rom. erat, et ivit legatus ad partes suas sc. Lombardiae (cfr. Reg. Vat. t. 333 f. 348—363 et t. 334 f. 50 ac Lat. t. 127 f. 277).

[9]) Intravit 1412 Julii 12 almam Urbem, ubi tunc Curia erat.

[10]) Fit vicarius gener. in spirit. et tempor. in Urbe et legatus a latere 1413 Nov. 25.

11) **Joannes Aegidii** (Gilles), praepositus Leodien., utr. jur. doctor et litter. apost. in audientia contradict. ac caus. pal. apost. auditor = diac. ss. Cosmae et Dam., vulg. „Leodiensis"[1]), † Pisis 1408 Jul. 1.

XXX. Clemens VII.

(Robertus e com. Gebennen., bas. XII apost. presb. card., cfr. XXVI, 5), Fundis electus 1378 Sept. 20[2]) et coron. Oct. 31, obiit Avinione in palatio apost. 1394 Sept. 16.[3])

Ab eo hi suae obedientiae cardinales creati sunt:

a) *in prima promotione Fundis die 16* (*al. 18*) *Dec. 1378 habita* (*cfr. Obl. et Sol. t. 43 f. 52*):

1) **Jacobus de Itro,** patr. Constantinop. et admin. eccl. Hydruutin. = tit. s. Priscae, † c. 1387;[4])

2) **Nicolaus de Brancatiis,** aep. „Cusentinus" = tit. s. Mariae tr. Tib. (non s. Marci), denique (1388 m. Apr.) ep. Albanen., tunc dictus „Albanensis", regens cancellariam Clementis VII, † Florentiae 1412 Junii 29 (*Bal. 1256*);

3) **Petrus Amelii,** aep. Ebredunen. = tit. s. Marci (non s. Mariae tr. Tib.), vulg. „Ebredunensis"[5]), poenitentiarius major, † 1389 Aug. 10 (*Bal. 1252*);

4) **Petrus Raimundi de Barreria,** ep. Aeduen. = tit. ss. Marcellini et Petri[6]), † Avinione 1383 Junii 13 (*Bal. 1260*);

5) **Nicolaus „de s. Saturnino"** O. Praed., mag. s. palatii = tit. s. Martini, † 1382 Jan. 23 (cfr. not. 5 et *Bal. 1261*);

6) **Leonardus de Giffonio** O. Min. min. gen. = tit. s. Sixti[7]), vulg. „de Giffonio", † post 17 Martii 1407 (*Bal. 1261*);

b) *in secunda promotione ejus jussu per Petrum* (*de Luna*) *card. et in Hispania legatum die 19 Martii 1381 facta:*

7) **Guterius Gometii,** ep. Palentin. = tit. ss. Joh. et Pauli[8]), „Hispanus", † Avinione 1391 Jan. 13 (*Bal. 1295*);

c) *in tertia prom. Avinione die 30 Maii 1382 habita* (*Obl. t. 43 f. 78*)

praeter restitutum Petrum ep. Portuen. (*cfr. XXV, 14 et pag. 22 not. 6 ac pag. 23 not. 1*):

8) **Thomas de Casasco** O. Praed.[9]) = tit. s. Sabinae, vulg. „Pedemontanus"[10]), † Avin. 1390 Junii 17 (*Bal. 1298*);

d) *in quarta promotione Avinione die 23 Dec. 1383 habita* (*Obl. t. 48 f. 88*).

9) **Petrus de Croso,** aep. Arelaten. = tit. ss. Nerei et Ach., vulg. „Arelatensis", † Avin. 1388 Nov. 16 (*Bal. 1302*);

10) **Fayditus de Agrifolio,** ep. Avinion. = tit. s. Martini, vulg. „Avinionensis", † Avin. 1391 Oct. 2 (*Bal. 1309*);

11) **Aimericus de Manhaco** al. Maigniac(o), ep. Parisien. = tit. s. Eusebii, † 1385 Mart. 21 (*Bal. 1313*);

12) **Jacobus „de Mentonayo",** archidiac. Remen. et cubic. S. P. = tit. ss. Marcellini et Petri, † Avin. 1391 Maii 16;[11])

13) **Amedeus „de Salutiis",** el. Valentin. et Dien. = diac. s. Mariae novae,[12]) † 1419 Junii 28 (*Bal. 1317*);

---

[1]) Intravit 1405 Dec. 12 Curiam in civ. Viterbien. existentem reversus a legatione, quae ei commissa erat in Colonien., Treveren. et Remen. civ., dioec. et provinciis (cfr. Reg. Vat. t. 333 f. 317—323); 1406 Jan. 13 Inn. VII ei aperuit os; 1410 Mart. 15 Alex. V petit salvum conductum pro Nicolao de Montibus, Joanne de Spineto et Joanne Prentout olim familiaribus b. m. Joannis ss. Cosmae et Dam. diac. card., ipsius corpus ad civ. Leodien. deferentibus (ib. t. 339 f. 69). Eundem iam 1407 m. Julio obiisse scribunt *Ciac.-Old.;* sed constat, ipsum 1408 m. Maio de civ. Lucana Pisas se contulisse et ibi supradicta die obiisse.

[2]) Ab iisdem S. R. E. cardinalibus, qui electioni Urbani VI interfuerunt, exceptis Italis, accedente vero Joanne tit. s. Marcelli; cfr. pag. 22 not. 8.

[3]) Circa horam diei decimam, sepultus in eccl. Avin. die Veneris 18 dicti mensis (Obl. t. 43 f. 154 et t. 49 f. 53).

[4]) Postquam ab a. 1381 usque ad a. 1386 variis in locis regni Siciliae in carceribus est detentus unacum Leonardo tit. s. Sixti (*v. nr. 6; cfr. Baluze l. c. p. 1249*).

[5]) „Die 10 Junii 1379 unacum card. s. Sarturnini (nr. 5) Massiliae fuit pro faciendo reverentiam domino nostro papae" (Cle. VII).

[6]) Intravit primo Curiam 1379 Oct. 3. Cfr. supra pag. 24 not. 2.

[7]) „Intravit Curiam 1387 Maii . . Leonardus de Guffono (tit. s. Sixti) veniens de Neapoli", ubi iam a. 1379 Clementi VII reverentiam fecerat, dimissus e carceribus, in quibus ab a. 1381 usque ad a. 1386 unacum Jacobo tit. s. Priscae — v. supra not. 4 — detentus fuerat. Cfr. *Baluze* I, 1261 et 1249 et supra pag. 24 not. 2 ac period. „*Römische Quartalschrift*" XVIII, 185 nr. 26.

[8]) Intravit primo Curiam 1382 Maii 27; cfr. supra pag. 23 not. 2 et Reg. Avin. t. 279 f. 123.

[9]) Inquis. haer. prav. et confessarius Amedei ducis Sabaudiae, non archiep. Neapolitan. — Intravit primo Curiam 1383 Nov. 14 (Reg. Avin. t. 279 f. 144).

[10]) Intravit primo Curiam 1383 Nov. 17. Cfr. infra nr. 20.

[11]) Vicecancellarius.

[12]) Recessit de civ. Pisana 1409 Oct. 16 et ivit de mandato S. P. (Alex. V) ad civ. Januen.; 1417 Dec. 16 recessit de Constantia iturus ad partes suas.

14) **Petrus (Aysselini) de Monteacuto,** ep. „Laudunensis" = † 1388 Nov. 8, nullo (al. s. Marci) tit. rec. (*Bal. 1312*);

15) **Martinus,** ep. Ulixbonen., † jam 1383 Dec. 6;

16) **Walterus Wardlaw,** ep. Glasguen., „de Scotia", † 1387 tit. non recepto (*Bal. 1312*);

17) **Joannes „de Novocastro,"** ep. Tullen. = tit. ss. IV Coron., postea (1393) ep. Ostien.,[1]) † 1398 Oct. 4 (*Bal. 1315*);

18) **Petrus de Fetenhiaco** (Fitiniaco), jur. utr. doctor et advocatus in parlamento Paris. = diac. s. Mariae in Aquiro[2]), † Avinione 1392 Nov. 5 (*Bal. 1318*);

e) *in quinta promotione 15 Apr. 1384 facta:*

19) **Petrus de Luxemburgo,** el. Meten, = diac. s. Georgii[3]), † 1387 Julii 2 a. aet. 18 fama sanctitatis (*Bal. 1319*);

f) *in sexta promotione Avinione die 12 (al. 6) Julii 1385 habita (Obl. t. 43 f. 98):*

20) **Bertrandus de Chanaco,** patr. Hierosol. = tit. s. Pudentianae, „Hierosolymitanus"[4]), † 1401 Maii 21 (*Bal. 1335*);

21) **Thomas de Amanatis,** aep. Neapolitan. = tit. s. Praxedis, „Neapolitanus", † 1396 Dec. 6 (*Bal. 1337*);

22) **Joannes de Placentinis,** (olim) ep. Castellan. = tit. s. Cyriaci, vulg. „Venetiarum"[5]), † 1404 Maii 9 (*Bal. 1341*);

23) **Amelius de Lautrico,** ep. Convenar. = tit. s. Eusebii, † Avinione 1390 Junii 7 (*Bal. 1342*);

24) **Joannes de Murolio,** ep. Tricastrin. (jam Gebennen.) = tit. s. Vitalis, „de Murolio", † 1399 Febr. 10 (*Bal. 1343*);

25) **Joannes Rolandi,** ep. Ambianen.[6]) = tit. . . . ., tr. ad **Tusculan.** a. 1385, † 1388;

26) **Joannes de Bronhiaco** (Brugniaco), ep. Vivarien. = tit. s. Anastasiae, postea (1405 Jun. 13) ep. Ostien., vulg. „Vivariensis" vel „Ostiensis", vicecancellarius, † 1426 Febr. 16 (*Bal. 1353*);

27) **Petrus „de Tureyo"** (Turiaco), ep. Malleacen. = tit. s. Susannae, † 1410 Dec. 9[7]) (*Bal. 1348*);

g) *in septima promotione a. 1387 habita*

praeter restitutos Pileum de Prata[8]) et Galeotum Tarlatum:[9])

28) **Jacobus de Aragonia,** germanus Petri regis Arag., ep. Valentin. = tit. s. Clementis,[10]) postea (1391) ep. Sabinen., vulg. „de Aragonia" al. „Valentinensis", † 1396 Maii 30;

h) *in octava promotione Avinione die 3 Nov. 1389 habita (Obl. t. 43 f. 122):*

29) **Joannes de Talaru,** aep. „Lugdunensis", † 1392 m. Sept., titulo, ut videtur, non recepto (*Bal. 523*);

i) *in nona promotione die 21 Julii 1390 habita (Obl. 43 f. 128):*

30) **Martinus de Salvis** (Zalva), ep. „Pampilonensis" = tit. s. Laur. in Luc.,[11]) † 1403 Oct. 27 (*Bal. 1378*);

k) *in decima promotione die 17 Oct. 1390 in Bellocadro dioec. Arelaten. habita:*

31) **Joannes Fland(r)ini,** aep. Auxitan. (absens) = tit. ss. Joh. et Pauli, quem recepit postquam 1391 Junii 17 primo intravit Curiam, postea (1405 Jun. 13) ep. Sabinen., vulg. „Auxitanus", † 1415 Jul. 8 (*Bal. 1385*);

32) **Petrus Gerardi,** ep. Anicien. (absens) = tit. s. Petri ad vinc.,[12]) vulg. „Aniciensis" sive „de Podio", postea (1405 Jun. 13) ep. Tusculan.,[13]) poenitentiarius major, † Avin. 1415 Nov. 9 (*Bal. 1386*);

[1]) Intravit Curiam tum 1384 Junii 4 tum 1388 Dec. 13, a qua 1387 Oct. 2 recesserat (Reg. Avin. 279 f. 209').

[2]) Intravit Curiam 1384 Nov. 21.

[3]) Intravit Curiam 1386 Junii 4.

[4]) Intravit Curiam 1386 Mart. 9 (al. 12). Arch. Vat. Obl. t. 49 f. 121 recensetur mortuus inter card. de Agrifolio et Ambianensem, quorum ille 1401 Jan. 13, hic 1402 Apr. 14 obiit.

[5]) Intravit Curiam 1387 Junii 20.

[6]) Obl. t. 43 f. 98; recensetur inter absentes unacum Bertrando de Chanaco et Joanne de Placentinis.

[7]) Recessit de Curia 1389 Jan. 16 iturus in Franciam legatus seu nuntius apostolicae sedis iuxta regni Franciae consuetudinem, de qua legatione rediit 1389 Junii 19; iterum recessit 1389 Julii 3 (al. 5) legatus de novo factus eundo versus Neapolim, de qua legatione rediens intravit Curiam 1392 Junii 14; 1409 Nov. 1 unacum Ludovico rege Siciliae et vexillifero S. R. E. venit Pratum ad Alex. V, de quo loco die 7 eiusd. mensis recessit iturus nuntius apost. in Franciam, in quam simul rediit dictus rex Ludovicus.

[8]) Cfr. XXVII, 2 et *Bal.* 1359. Hic, qui ad partes Cle. VII deficiens 1387 Junii 13 primo ipsius Curiam intraverat, ab eo die 9 Febr. 1388 ad Aquilegen., Graden., Mediolan., Januen., Ravenn. et Pisan. provincias et 4 Maii 1388 ad diversas Italiae partes legatus apost. sedis mittitur; cf. Cle. VII Av. t. 50 f. 66 sq. et Vat. t. 299 f. 1.

[9]) Cfr. XXVII, 9 et *Bal.* 1363. A. 1388 Maii 5 (al. 4) primo intravit curiam Cle. VII.

[10]) Postquam 19 Jan. 1389 primo ad Curiam Clem. VII accessit. Secundum *Ciac.-Old.* et *Contel.* promotus est in octava promotione a. 1388 habita; sed iam 1387 Febr. 14 ei ad Card. promoto administratio eccl. Valentin. committitur. Cfr. *Baluze* l. c. p. 1366.

[11]) Intravit Curiam 1393 Junii 3.

[12]) Quem recepit, postquam 1390 Dec. 21 primo intravit Curiam.

[13]) Recessit 1413 Sept. 23 de Florentia, ubi tunc Rom. Curia erat, iturus Avinionem de mandato S. P. (Joh. XXIII); erat poenitentiarius maior tum Benedicto XIII tum Alexandro V et Johanni XXIII adhaerens.

l) *in undecima promotione die 17 Apr. 1391 habita:*

33) **Guilelmus „de Vergeyo“**, aep. „Bisuntinus“ (absens) = tit. s. Caeciliae,[1]) † c. 1407 (*Bal. 1390*);

m) *in duodecima promotione 1394 Jan. 23 Avinione habita:*

34) **Petrus Fernandi de Frigidis** (Frias), ep. Oxomen. = tit. s. Praxedis, postea (1413) ep. Sabinen., vulg. „de Hispania“ vel „Oxomensis“, † Florentiae 1420 Sept. 19.[2])

XXXI Benedictus XIII.

(Petrus de Luna Aragonus, diac. s. Mariae in Cosm., cfr. XXVI, 19), Avinione electus[3]) 1394 Sept. 28[4]) et consecr. atque coron. Oct. 11,[5]) 1417 Julii 26 in concilio Constantiensi privatus, obiit Penniscolae 1423 Maii 23.

Ab eo hi suae obedientiae cardinales creati sunt:

a) *in prima promotione die 24 Dec. 1395 habita:*

1) **Petrus Blavi,** decr. doctor, referend. S. P. = diac. s. Angeli, vulg. „s. Angeli“[6]), † 1409 Dec. 12;

b) *in secunda promotione die 22 Sept. 1397 habita:*

2) **Ferdinandus Calvillo,** ep. Tirasonen. = bas. XII apost., vulg. „Tirasonensis“, † ante 21 Julii 1404;
3) **Gaufridus Boillii** (al. „de Bohyl“, referend. S. P.[7]) = diac. s. Mariae in Aquiro, † 1400 Nov. 7;

---

[1]) Intravit Curiam 1393 Apr. 10.

[2]) *Bal. 1392 et 1408.* Recessit 1410 Apr. 21 de Bononia, ubi tunc Curia Rom. existebat, et ivit vicarius S. R. E. versus Romam (deputatus 1410 Mart. 19, cfr. Reg. Vat. t. 339 f. 78); sed sentiens in itinere de obitu Alexandri V rediit, ut interesset electioni S. P., et intravit Bononiam 1410 Maii 12. — *Ciac.-Old.* praeter supradictos S. R. E. card. Ludovicum ep. Maurianen. (!) et Joannem (de Rochechouart) aep. Arelaten. a Cle. VII ad dign. card. promotos esse scribunt.

[3]) „Per viam s. Spiritus ad apicem S. P. assumptus“ (Obl. t. 43 f. 154).

. . . .	**Georgius** (suffr. Argentin. et Constantien.)[2]	c. 1390—1426	. . . .
. . . .	**Petrus**	. . . .	Mart. V a. 12 Lat. l. 95 f. 162
ob. Petri	**Arnoldus** Roberti O. Min., mag. theol.[3]	1429 Aug. 30	

Der(r)en. (Derry) in Hibernia, suffr. Armachan. (120 fl.)[1]

ob. Florentii (1230)	**Germanus** (Gervasius) O'Cherballin[2]	1230	Gams 215
ob. Germ. (1279)	**Florentius** O'Cherballin (Fogartach)	1279	
ob. Flor. (1293 m. Jul.)	**Henricus** O'Reghly O. Cist., el.	1295	

Daren.

[1]) Et cass. elect. de mag. Stephano decano et Guilelmo thesaur. ips. eccl. in disc. fact.

[2]) Jam consecr. ab ipso S. P. 1280 Maii 15. Cfr. Nic. III a. 3 (t. 39) ep. 43.

[3]) Hac die exped. litterae super illa prov. a Clem. VI die 21 Nov. 1352 facta.

[4]) Cfr. Lat. t. 118 f. 218. Apud *Gams* 223 ponuntur inter Robertum et Joannem **Georgius** eoque mortuo 1401 **Henricus** de Wessenberg O. Min., quem sequitur Thomas († 1401); apud *Malone* l. c. II, 372 Georgium insuper praecedit **Richardus** Rockum (1400, cfr. Leighlin); sed illi erant epi. Danen. (Darien.), non Daren.

[5]) Hac die exped. litterae super illa prov. a Bon. IX die 9 Apr. 1404 facta.

Demetriaden.

[1]) Innoc. III die 7 Maii 1212 electum Dimitrien., qui in sua praesentia constitutus ipsum epatum. pacifice possidere se non posse asserit, a vinculo, quo eidem eccl. tenebatur, absolvit et eam epo. Cardicen. multam inopiam patienti confert (*Potthast* nr. 4445 et 4494, cfr. 3959). Cfr. not. 1 ad Dimicen., ubi forsan „Dimitrien." loco „Dimicen." legendum est.

[2]) Cui (O. Praed.) Mart. V die 4 Apr. 1426 licentiam testandi concedit (Lat. t. 263 f. 251).

[3]) Qui 24 Nov. 1429 facult. recip. munus consecr. a quoc. antist. cath. obtinet (Lat. t. 295 f. 220).

Derren.

[1]) A. 1247 Maii 21 Inn. IV (a. 4 ep. 800 cfr. 842 ed. *Berger* 2789 cf. 2840) ecclesiam Rathluren. „pene inaccessibilem propter montana nemora et paludes" ad villam Deren. (non Daren.) tamquam pristinum locum transferri jussit et 1254 Nov. 4 translationem eccl. „Anichlucen." ad Derren. auct. apost. ab aepo. Armachan. factam confirmavit. Cfr. Inn. IV a. 12 (t. 23) ep. 329.

[2]) Cfr. Armachan. not. 1.

ob. Henrici (1297)	**Godefredus** Mac-Loughlin, cons.	1297	Gams 215
ob. Godefr. (1315)	**Odo** (Hugo) O'Neal (Neill), el.	1316	
ob. Od. (1319 m. Jun.)	**Michael** Mac-Loghlen (el. 1319)[3]), **Mauritius**	1330	
ob. Maur. (c. 1349)	**Simon** (O. Praed.)[4])	1349 Dec. 18	Cle. VI a. 8 (t. 195) ep. 92
. . . .	**Joannes, Joannes,** person. se obl.[5])	1391 Julii 4	Bon. IX Obl. 48 f. 124
tr. Joa. ad Dunen.	**Joannes** O'Machan, presb. dioec. Achaden.[6])	1394 Sept. 16	Bon. IX a. 5 Lat. l. 45 f. 32
. . . .	**Hugo,** person. se obl.[7])	1398 Mart. 15	Bon. IX Obl. 48 A f. 98
. . . .	**Joannes** (O. Cist.)[8]), person. se obl.[9])	1401 Aug. 27	Bon. IX Obl. 57 f. 73
ob. (Joannis)	**Donaldus** Machuil, can. Leighlinen.	1415 Febr. 20	Jo. XXIII Arm. XII, 121 p.90
ob. Don. Machuil	**Donaldus** Omeraich	1419 Oct. 16	Mart. V a. 2 Lat. l. 32 f. 287
tr. Don. ad Coneren.	**Eugenius,** ep. Coneren.	1429 Dec. 9	Mart. V a. 13 Lat. l. pr. f.140

Dertonen. *v.* **Terdonen.**

Dertusen. (**Tortosa**) in Hispania, suffr. Terraconen. (2600 fl.)

ob. Gombal (1212)	**Pontius** de Torrella[1])	1212	Gams 82
ob. Pontii (1254 Aug. 29)	**Bernardus** de Olivella, archidiac. Dertusen.[2])	1254	
tr. Bern. ad Terracon.	**Arnal(dus)** de Jardino	1273	
ob. Arn. (1306 Jul. 20)	**Dalmatius** de Monte Olivo	1306	
ob. Dalm. (1307)	**Petrus** de Betteto	1307	
ob. Petri (1210 Maii 8)	**Franciscus** de Paholaco, el.	1310	
ob. Franc. (1316 Oct. 17)	**Berengarius** de Prats, el.	1310 Oct. 27	
ob. Ber. (1340 Febr. 19)	**Arnaldus** (de Lordac), ep. Urgellen.	1341 Oct. 3	Ben. XII a. 7 (t. 129) ep. 362
ob. Arn. (1346 Maii 3)	**Bernardus** (Oliver O. Er. s. A.), ep. Barchinonen.	1346 Junii 26	Cle, VI a. 5 (t. 177) ep. 10
ob. Bern. (1348 Jul. 14)	**Jacobus** (Cyon), ep. Ilerden.	1348 Oct. 13	Cle. VI a. 7 (t. 188) ep. 44
ob. Jac. (1351 Oct. 18)	**Stephanus** (d'Omale), ep. Elnen.	1352 Febr. 15	Cle. VI a. 10 (t. 207) ep. 65
ob. Steph. (1356)	**Joannes** (Fabra), ep. Anicien.	1357 Febr. 27	Inn. VI Av. t. 17 f. 208
tr. Joa. ad Carcasson.	**Jacobus** de Aragonia, can. Gerund., capell. S. P.	1362 Jan. 10	Inn. VI Av. t. 28 f. 71
tr. Jac. ad Valentin.	**Guilelmus** (de Torrelles), ep. Barchinonen.	1369 Mart. 14	Urb. V Av. t. 20 f. 147
ob. Guil. (1379 Febr. 16)	**Hugo** de Lupiano (y Bages), can. Valentin.[3])	1379 Mart. 26	Cle. VII Av. t. 13 f. 518
tr. Hug. ad Valentin.	**Petrus** de Luna, praepos. Valentin., *in admin.*	1397 Nov. 28	cfr. Reg. Vat. t. 326 f. 319
tr. Petri ad Toletan.[4])	**Ludovicus,** ep. Majoricen.	1403 Aug. 17	Ben. XIII Av. t. 30 f. 141
retr. Lud. ad Majoricen.	**Franciscus** (Clemente Perez), ep. Majoricen.[5])	1407 Junii 20	Ben. XIII Av. t. 49 f. 123
tr. Franc. ad Barchinon.	**Petrus** de Luna, praepos. Valentin.[6]), *in admin.*	1410 Febr. 26	Ben. XIII Av. t. 58 f. 45
ob. Petri admin.	**Otto** (de Moncada)[7]), bacc. in decr. († 1473)	1415 Dec. 18	Ben. XIII a. 22 (t. 328) f. 28
tr. Hug. ad Val. (1397)	**Carolus** de Ugello, presb. dioec. Barchinonen.[8])	1413 Aug. 30	Jo. XXIII a. 4 Lat. l. pr. f.170

Derren.

3) Apud *Malone* l. c. II, 365 omittitur Michael, Odo autem usque ad a. 1330 sedisse dicitur.

4) Olim praef. in epum. Cluanen., quae eccl. falso credebatur vacans.

5) Pro se et praedecessoribus Joanne atque Simone. — Ille Joannes (Dongan) 1392 suffr. London. agebat.

6) Obl. se pro se et praedec. Joanne, altero Joanne, Simone.

7) Pro se et praedec. Joanne, Joanne, Simone. Cfr. Lat. t. 75 f. 242.

8) Def. nat. patiens, super quo dispensatur (Lat. t. 93 f. 34).

9) Pro se et praedec. Hugone, Joanne, altero Joanne et Simone.

Dertusen.

1) A. 1218 Oct. 18 Hon. III (a. 3 ep. 79 ed. *Press.* 1643) contra eum tamquam per laicalem potentiam evectum inquisivit. Cujus resignationem, utpote senio confracti, 1237 Jul. 9 Gre. IX (a. 11 t. 18 ep. 160) recipi jussit.

2) Quocum dispens. super irregul. 1255 Jan. 28 (Reg. Alex. IV nr. 91).

3) Lic. in leg., subdiac.

4) Cui possessionem bonorum mensae aepalis. Toletan. nondum assecuto concedit Ben. XIII (avunculus ejus), ut interim redditus mensae epalis. Dertusen. vendere, impignorare, arrendare, et etiam in suam utilitatem assignare possit, non obstante quod Ludovicus epus. Majoricen. ad Dertusen. translatus fuerit. Vat. t. 326 f. 303 ep. d. d. 1 Mart. 1404.

5) Thesaur. S. P.

6) Cubicul. S. P., qui non confundendus est cum illo Petro de Luna praepos. Valentin. et admin. Dertusen., qui a. 1403 factus est aep. Toletan.; cfr. Ben. XIII Avin. t. 59 f. 7 et 11 et supra ad a. 1397.

7) Praepos. „mensis Januarii" in eccl. Valentin.

8) Obl. se person. 1413 Oct. 19 (Obl. t. 56 f. 103). Episcopatum Dertusen. obtinere non potuisse videtur.

Destillarien., suffr. Naxien.

. . . .	**Bartholomaeus**	. . . .	Cle. VI a. 5 (t. 177) ep. 4
ob. Bartholomaei	**Augustinus** O. Er. s. A.[1])	1346 Junii 7	
ob. Augustini	**Nicolaus** de Slatina O. Er. s. A.	1362 Apr. 1	Inn. VI Av. t. 28 f. 98
. . . .	**Nicolaus**	1393 Julii 30	Bon. IX Lat. t. 30 f. 260

Diaco (de) *v.* **Bos(se)nen.**

Diargorganen. in Perside.

. . . .	**Geraldus** Calveti (O. Praed.)[1])	. . . .	Jo. XXII a. 14 (t. 93) ep. 80
ob. Geraldi Calveti	**Bernardus** de Guardiola O. Pr., jam cons. a. s. a.[2])	1329 Sept. 11	
ob. Bernardi	**Walterus** de Capella O. Praed.[3])	1349 Jan. 28	Cle. VI a. 7 (t. 188) ep. 172

Dien. (Diè) in Gallia, suffr. Viennen.

ob. Humberti (1203)	(**S.**) **Stephanus** de Chatillon, sedet	1208	Gams 544
ob. St. (1208 Sept. 7)	**Humbertus** (1208)[1]), (**S.**) **Desiderius** de Forcalquier	1214	
ob. Desid. (occ. 1222)	**N.** (1222), **Bertrandus**	1224, 1235	
. . . .	**Humbertus** (1237)[2]), **Amedeus** de Geneva[3])	1251	

Dignen. al. **Dinien.** (Digne) suffr. Ebredunen. (400 fl.)

. . . .	**Ismido,** sedet	1206	Gams 545
. . . .	**Gualo** de Dampierre (1209), **Lantelmus**	1210	
ob. Lant. (1232 Oct. 6)	**Hugo** de Lauduno (1233, 1242), **Amblardus,** sed.	1247	
res. Amblardi	**Bonifatius,** adiac. ips. eccl.[1]), el., prov.	1248 Oct. 22	Inn. IV a. 6 ep. 168 (4161)
ob. Bonif. (1278 Maii25)	**Guilelmus** de Porcellet O. Min.[2]), el.	c. 1278	Gams 545
. . . .	**Hugo** (sed. 1297), **Rainaudus** de Porcellet, ante	1303 Jan. 2	
ob. Rainaudi (c. 1318)	**Armandus,** can. (adiac.) Vivarien., capell. S. P.	1318 Julii 8	Jo. XXII a. 2 (t. 68) ep. 1369
tr. Arm. ad Nemausen.	**Guilelmus** (de Sabran)[3])	1324 Jan. 25	Jo. XXII a. 8 (t. 76) ep. 902
ob. Guilelmi	**Elziarius** (de Villeneuve), can. Forojul., subdiac.	1327 Nov. 17	Jo. XXII a. 12 (t. 85) ep. 324
ob. Alz. (1341 Oct. 7)	**Joannes** (Piscis, Peyssoni), can. Biterren.[4])	1341 Dec. 17	Ben. XII a. 7 (t. 129) ep. 456
tr. Joa. ad Aquen.	**Bertrandus** (de Seguret), ep. Senecen.	1362 Maii 20	Inn. VI Av. t. 28 f. 111
ob. Bernardi (Bertr.?)	**Nicolaus** (de Corberiis O. Min.)	1397 Junii 4	Ben. XIII Av. t. 24 f. 42
ob. Nic. (1406 Mart. 5)	**Bertrandus** Rodulfi O. Min., mag. theol.[5])	1406 Mart. 10	Ben. XIII Av. t. 48 f. 106

Destillarien.

[1]) Primum ab aepo. Nixien., dein a S. P. prov.; morabatur a. 1350 Avinione.

Diagorganen.

[1]) Secundum *Gams* 455 Gerardus de Montepessulano O. Praed. 1 Nov. 1322 in epum. „Diatageren." electus est; sed de supradicto Geraldo epo. „Diagorganen." agi videtur.

[2]) Ipse universis christianis in imperio Persidis constitutis unacum fratribus Praed. et Min. in illis partibus commorantibus commendatur 1329 Sept. 11 a Jo. XXII (a. 14 t. 94 epp. 70 et 71). Die 19 Aug. 1329, quo cons. esse videtur, recepit a S. P. annulum cum saphiro et eleem. 3 fl., die autem 9 Apr. 1330, recessurus a Curia, eleemos. 100 fl. (*Schaefer*, Lib. expens. Jo. XXII p. 772). Morabatur a. 1330 et 1334 Avinione, sicut apparet e quibusd. indulg. eo tempore ibi concessis.

Dien.

[1]) A. 1222 Oct. 24 ep. Dien. a S. P. petiit, ut Stephanus praedecessor suus, „qui ab 8 annis tot tantisque coruscat miraculis," sanctorum catalogo adscriberetur. Cfr. Hon. III a. 7 (t. 12) ep. 25. Die 16 Dec. 1233 Greg. IX de virtute morum et veritate miraculorum Stephani epi. Dien. inquiri jubet (Reg. Greg. IX ed. *Auvray* nr. 1629).

[2]) Die 31 Oct. 1246 nominatur „quondam epus. Dien." (Reg. Inn. IV ed. *Berger* nr. 2211).

[3]) Post ejus obitum († 1276 Oct. 22) eccl. Dien. cum Valentinen. unita est.

Dignen.

[1]) Parisiis theologiae studio insistens.

[2]) Ei 1290 Febr. 13 a Nic. IV (a. 2 ep. 661 ed. *Langlois* 1770) data est facultas testandi.

[3]) Abbas mon. s. Victoris Massilien. O. S. B.

[4]) Subdiac., capell. S. P., ipsi fam. exper. notus.

[5]) Ipse 1404 Nov. 22, cum esset procurator gen. O. Min., a Ben. XIII cum aliis ad Inn. VII unionis tractandae causa missus est. Cfr. Wadd. Ann. Min. ad a. 1404 nr. 1. Obiit 1432 Febr. 26.

Dimi(ta)cen. al. **Domocen.** (Domokos) in Graecia, suffr. Larissen.[1])

. . . .	**Orlandus** (1318, 1319)[2]), **Marcus** Morellus O. . . .	c. 1334	
. . . .	**Gualo** (cfr. *Gams* 432), **Joannes**	. . . .	Urb. V Av. t. 14 f. 81
ob. Joannis	**Joannes** O. Min.[3])	1366 Jan. 26	

Dimitrien. *v.* **Demetriaden.** — **Dinien.** *v.* **Dignen.** — **Diocleen**. *v.* **Antibaren.**

Dionysi(ad)en. (Dionysias) in Arabia, suffr. Bostraen. (titul.)

. . . .	**Theodericus** (suffr. Patavien.)	1330 (?)	. . . .
ob. Theoderici	**Nicolaus** Stephani, monachus m. in Zdyar.[1])	1413 Oct. 23	Jo. XXIII a. 4 Lat. l. pr. f. 212
. . . .	**Nicolaus** (Marciari), ep. Callien.	1413 Nov. 3	Jo. XXIII Arm. XII, 121 p. 80

Dionysopolitan. *v.* **Varnen**. — **Dognen**. *v.* **Dagnen**.

Dolen. (Dol) in Gallia, suffr. Turonen.[1]) (3000 al. 4000 fl.)

ob. Joa. de la Mouche[2])	**Joannes** de Lisannet, succ. c.	1203	Gams 547
ob. Joa. (1231) Nov. 13	**Clemens** de Vitré (Coetquin), el. c.	1232	
. . . .	**Stephanus,** sedet	1243	
ob. Steph. (1265 Nov. 17)	**Joannes** de Mahé, el.	1266 m. Jan.	
ob. Joa. (1280 Maii 13)	**Theobaldus** de Pouancé[3]), cons.	1280 m. Julio	
ob. Theob. (1301 Mar. 30)	**Theobaldus** de Moréac, el.	1301	
ob. Theob. (1312 m. Jan.)	**Joannes** Dubois[4]), el.	1312	
ob. Joa. (1324 Jan. 25)	**Guilelmus** (Méchin), ep. Trecen.	1324 Apr. 26	Jo. XXII a. 8 (t. 76) ep. 923
ob. Guil. (1328 Mart. 15)	**Joannes** (d'Avaugour), ep. Briocen.	1328 Apr, 27	Jo. XXII a. 12 (t. 86) ep. 1821
ob. Joa. (1340 Maii 8)	**Henricus** (Dubois)[5]), el., conf., cons., prov.	1340 Oct. 25	Ben. XII a. 6 (t. 128) ep. 112
ob. Henr. (1348 m. Mart.)	**Simon** (le Maire), abbas m. Majorismonasterii[6])	1353 Jan. 3	Inn. VI a. 1 (t. 244) f. 104
tr. Sim. ad Carnoten.	**Gaufridus** (de Coetmoisan), ep. Corisopiten.	1357 Mart. 20	Inn. Av. t. 16 f. 65
ob. Gaufridi[7])	**Guido** (de Roye), ep. Virdunen.	1381 Maii 27	Cle. vII Av. t. 22 f. 28
tr. Guid. ad Turonen.	**Evrardus** (de Tremaugon), decanus Carnoten.[8])	1382 Oct. 17	Cle. VII Av. t. 27 f. 346

Dimicen.

[1]) Innoc. III die 14 Jul. 1208 epo. Dimicen. concedit, ut usque ad benepl. sedis apost. unacum Dimicen. etiam epatum Calidonien. habeat commendatum, comestabulum autem Thessalonicen. monet, ut possessiones eccl. Dumicen. (!) occupatas ei restituat; die denique 5 Jul. 1210 eppis. Sidonien. et Cardicen. atque electo Nazaroscen. mandat, ut epum. Dimicen., qui tertia die post suam consecr. ab eccl. sua recessit, compellant, ut ad eum revertatur (*Potthast* nr. 3457, 3463, 4034).

[2]) Eo tempore Avinione degens quasd. indulg. concedit. Cfr. Dolien. ad a. 1317.

[3]) Primum a Guil. patr. Constantinop. praef. et a Leonardo epo. Clugien. († 1363) consecr., dein a S. P. prov.

Dionysien.

[1]) O. Cist. dioec. Pragen., qui 27 Oct. 1413 licentiam exerc. pontif. extra dioec. Dion. et 1414 Jul. 16 facult. recip. benef. eccl. obtinet (Lat. t. 173 f. 110 et t. 176 f. 165).

Dolen.

[1]) Ab a. 1199 Junii 1; cfr. Inn. III ed. *Potth.* nr. 726 et 727.

[2]) Ipse, qui jam 1194 sedit, secundum *Gams* post 1 Junii 1199 obiit; sed jam 1199 Maii 31 Inn. III (ed. *Potth.* nr. 723 cfr. 722) capitulo Dolen. injunxit, ut electum (Joannem Lisannet) consecrandum aepo. Turonen. praesentaret.

[3]) Ipse ad tempus vitae suae impetravit exemtionem a jurisdict. aepi. Turonen. 1295 Mart. 30 per Bon. VIII (a. 1 ep. 34).

[4]) Is, cui „senio confracto et notoria caecitate percusso" coadjutorem constitui jussit Jo. XXII (a. 4 t. 70 ep. 229) 1320 Jan. 11, quare per epum. Abrincen. ejus coadjutor constitutus est Radulphus adiac. eccl. Dolen., die 1 Jun. 1321 obtinet facult. testandi non obstante donatione bonorum suorum sedi apost. facta propter metum, ne ea praedictus Radulfus raperet (*Mollat* nr. 13560); postquam vero hic istud munus resignavit, Jo. XXII (a. 6 t. 73 ep. 544) 1322 Feb. 26 epo. Dolen. permisit, ut cum consilio epi. Andegaven. et abbatis mon. s. Vincentii Cenomanen. alium sibi eligeret in coadjutorem.

[5]) Adiac. ips. eccl., diac.

[6]) Turonen. O. S. B., prov. a Clem. VI 1352 Oct. 19, recipit nunc litteras apost.

[7]) Secundum *Gams* non solum a. 1357 Gaufridus ep. Corisop. († 17 Apr. 1366) sed etiam c. 1374 alter Gaufr. ep. Corisop. ad Dolen. translatus et inter utrumque Joannes de Pas positus est; sed cum certum sit, unum solum Gaufridum ep. Corisop. ad Dolen. translatum esse, apparet, tam illum alterum Gaufridum quam hunc Joannem de Pas delendos esse. Idem dicendum est de Petro, qui ad a. 1382 inter Guid. et Evrardum positus est.

[8]) Jur. utr. doctor, subdiac.

ob. Girardi (Evr.)	**Guilelmus** (Melchini, Bris), ep. Redonen.	1386 Aug. 27	Cle. VII Av. t. 41 f. 99
ob. Guil. (1391 Febr. 2)	**Richardus** (de Lesmenez), cantor eccl. Nanneten.	1391 Febr. 17	Cle. VII Av. t. 61 f. 171
ob. Rich. (1405 Maii 26)	**Stephanus** (Coeuvret), adiac. Nanneten., u. j. dr.	1405 Nov. 6	Ben. XIII Av. t. 48 f. 74
ob. Steph. (1429 Dec. 6)	**Joannes** (de Bruc), ep. Trecoren.	1430 Sept. 25	Mar. V a. 13 Lat. l. 172 f. 239

Dolien. (Doglia) in ins. Sardinia, suffr. Calaritan. (50 fl.)

. . . .	**Guantinus** Pizzolo (1217, 1226), **Petrus** de Cili	1261	Gams 837
. . . .	**Orlandus** O. Praed. (cfr. not. 2 ad Dimicen.), el.	1317	
ob. Orlandi	**Gabriel,** abbas mon. de Pulsano O. S. B. dioec. Sipont.	1319 Nov. 25	Reg. Jo. XXII (Mollat 10688)
. . . .	**Saladinus** (cf. Calaritan. ad a. 1341)	1342	Gams 837
ob. Salad. (1355)	**Joannes** de Bardaxino O. Min., el., prov.	1355 Oct. 26	Inn. VI Av. t. 9 f. 93
ob. Joannis	**Nicolaus** Alerii, can. Calaritan.	1362 Apr. 4	Inn. VI Av. t. 28 f. 88
ob. Nicolai	**Joannes**[2]), can. ips. eccl., el., prov.	1366 Junii 8	Urb. V Av. t. 14 f. 88
ob. Joannis	**Joannes** (de Beciaco O. Min.), ep. Sidonien.[3])	1389 Julii 15	Cle. VII Av. t. 52 f. 79
ob. Joannis	**Ludovicus** de Turri O. Min.	1410 Jan. 27	Ben. XIII Av. t. 58 f. 31
ob. Joa. (a. 1366 prov.)	**Secundus** de Moris O. Min.	1390 Dec. 5	Bon. IX a. 2 Lat. l. 17 f. 21
ob. Secundi	**Jacobus,** ep. Sardinen.	1393 Julii 28	Bon. IX a. 4 Lat. l. 38 f. 253
(ob. Jacobi † 1397)	**Nicolaus** de Bonifacio O. Praed., obl. se[4])	1398 Aug. 12	Bon. IX Obl. A f. 104
. . . .	**Joannes** O. Min. (cfr. not. 2), sed.	1403	
. . . .	**Goffredus** Sigarla O. Min., el.	1411 Mart. 27	Gams 837
. . . .	**Bernardus** Maja O. Praed. (1422), **Franciscus**	. . . . . .	
ob. Francisci	**Joannes** de s. Paulo O. Praed.	1419 Aug. 23	Mar. V a. 2 Lat. l. 32 f. 253

Domocen. *v.* **Dimicen.**

Doren. (Dor) in Palaestina, suffr. Caesareen. (titul.)

. . . .	**Theodericus**	. . . .	Cle. VII Av. t. 31 f. 182
ob. Theoderici	**Petrus** de Azquaray O. Min.	1384 Junii 20	
tr. Petri ad Marroch.	**Joannes** (Didaci O. Min.), ep. Marrochitan.	1389 Oct. 13	Cle. VII t. 52 f. 97

Dragonarien. (Dragonara) in Italia infer., suffr. Beneventan. ($33^1/_3$ fl.)

. . . .	**Joannes** (1236), **Benedictus**	1283	
. . . .	**R.** (1298), **Benedictus**	1301, 1304	Gams 923
. . . .	**Petrus** (1318, 1321), **Simon**	1335	
ob. Simonis[1])	**Petrus,** ep. Montismaran.	1343 Junii 9	Cle. VI a. 2 (t. 161) ep. 5
ob. Petri (1345)	**Marinus,** adiac. Bojanen.	1346 Mart. 8	Cle. VI a. 4 (t. 170) ep. 47
. . . .	**Bernardus** (1348), **Walterus** de Copello O. Praed.	1349 Jan. 9	Gams 923
. . . .	**Joannes** de Troja[2])	. . . .	
ob. Joannis (1263)	**Marchisanus** de Bononia O. Praed.	1364 Junii 14	Urb. V Av. t. 8 f. 166

Dolien.

[1]) A. 1220 Julii 18 Hon. III (a. 4 ep. 832 ed. *Press.* 2561) B. capellano suo et sedis apost. legato mandavit, ut *C.* epi. Dolien., aetate et infirm. nimis gravati, resignationem reciperet.

[2]) Hic et praedec. Nicolaus apud *Gams* desiderantur, sicut successores Joannes, a Clem. VII, et Ludovicus, a Ben. XIII provisi, nisi conjeceris, Joannem O. Min., qui secundum *Gams* a. 1403 sedebat, eundem esse ac Joannem illum, qui a Sidonien. ad eccl. Dolien. translatus est. Quid de successoribus Goffredo et Bernardo censendum sit, difficile est dictu.

[3]) A. 1392 commorabatur in civ. Valentin. in Hisp., vicarium generalem epi. Val., ut videtur, agens. Cfr. Cle. VII Av. t. 65 f. 541.

[4]) Pro se et praedec. Jacobo et Secundo, quorum uterque person. se obligaverat: hic quidem 1390 Dec. 20, ille autem 1394 Sept. 9 (Obl. 48 f. 112 et 165). Qui Nicolaus erat el. 1397 Nov. 28.

Dragonarien.

[1]) Et cass. elect. Bernardi Petri Cocii de Limosano et Laurentii de Milo de Murcono clericorum Benevent. in disc. fact.

[2]) Jam epus. Dragon. morabatur Avinione a. 1350.

ob. March. (1366)	**Gerardus** (non Guido) de Montefusculo O. Min.	1367 Nov. 8	Urb. V a. 6 Av. t. 17 f. 126
ob. Gerardi	**Joannes** (Petri de Piperno O. Praed.[3])	1372 Junii 21	Gre. XI Av. t. 14 f. 164
. . . .	**Bartholomaeus** (Petri O. Min.)[4])	1382	prov. ab Urb. VI
. . . .	**Jacobus**	1392	Gams 923
. . . .	**Franciscus** Bardus O. Er. s. A., obl. se[5])	1399 Jan. 28	Obl.48 A f.109, Lat. t.71 f.214

Drenopolitan. *v.* **Irenopolitan**.

Drivasten. (Drivasto, Drivost) in Epiro, suffr. Antibaren. (40 fl.)

. . . .	**Petrus** (ep. „Arnvasten."), sedet	1199	Vet. Mon. Slav. Mer, I. 8
. . . .	**Dominicus**	. . . .	Jo. XXII a. 7 (t.74) ep.558
ob. Dom. (1321 vel 22)	**Nicolaus** O. Er. s. A., ab aepo. Antibar. praef., prov.[1])	1323 Febr. 28	
. . . .	**Bernardus**	1351 Dec. 26	Gams 406
ob. Bernardi	**Joannes** (Andreas) de Leporibus, el.[2]), prov.	1359 Nov. 20	Inn. VI Av. t. 21 f. 74
tr. Joa. ad Antibaren.	**Bernardus**	1373	Gams 406
tr. Bern. ad Catharen.	**Athanasius**, praepos. eccl. s. Andreae Paduan.	1374 Apr. 29	Gre. XI Av. t. 21 f. 60
ob. Athanasii	**Nicolaus** Baziae de Vegla O. Min.[3])	1391 Febr. 15	Bon. IX a. 2 Lat. l. 17 f. 139
	Andreas (de Montanea O. Min.), obl. se[4])	1398 Aug. 16	Bon. IX Obl. 48 A f. 106
. . . .	**Bartholomaeus** Puonbiolus	c. 1400	Gams 406
amot. Barthol.	**Franciscus** (de Scutaro O. Min.), obl. se person.[5])	1405 Dec. 1	Inn. VII Obl. 57 f. 91
tr. Franc. ad Dulcinen..	**Nicolaus** (Vallibassa), ep. Dulcinen.	1424 Maii 24	Mart. V Arm. XII, 121 p. 175
abs. Nic., qui non cur.	**Dionysius** de Knin al. de Bohemia O. Praed.[6])	1425 Nov. 29	Mar. V a. 9 Lat. l. 122 f. 251
absol. Dionysii	**Michael** (Pauli), ep. Balleacen.	1428 Oct. 11	Mart. V a. 11 Lat. l. pr. f. 105

Dromoren. al. **Drumeren.** (Dromore) in Hibernia, suffr. Armachan. (50 fl.)

. . . .	**Gerardus** O. Cist., admissus a rege	1227 Apr. 15	Gams 217
ob. Gerardi	**Andreas** (cons. 1245), **Tigernagh,** sed.	1287	
. . . .	**Gervasius** (succ. 1290), **Tigernagh** O. . . .	† 1309	
ob. Tigernagh	**Florentius** Mac-Dongan	1309, 1325	
. . . .	**Christophorus** (sed. 1369), **Cornelius**	† c. 1381	
ob. Cornelii	**Joannes** O'Lannio O. Min., rec. regalia	1382 Nov. 10	
. . . .	**Joannes** Voltan (Wultham O. Er. s. A.), ep. Ossorien.	1399	
tr. Joa. ad Ossorien.	**Rogerius**, ep. Ossorien.	1402 Oct. 9	Bon. IX a. 13 Lat. l. 146 f. 183
tr. Rog. ad Lism. et Wat.	**Richardus** Messing O. Carm.[1])	c. 1406	. . . .

Dragonarien.

[3]) Ep. Avelonen.; cfr. Vican. ad a. 1373.

[4]) Aliquot annis post suffraganeum epi. Bononien. agens die 1 Dec. 1392 consecrat Barthol. Raimundi episcopum Bonon.; obiit 1403. Circa a. 1390 ecclesiae Drag., quae ex falsa suppos. credebatur vacans, praefectus est **Leonardus,** olim ep. Licien., qui a. 1391 transf. ad Castren.

[5]) Pro se (prov. 1398 Dec. 19) et praedec. Jacobo, quare **Joannes,** qui apud *Gams* inter Jacobum et Franciscum collocatus est, delendus esse videtur.

Drivasten.

[1]) Trf. ad Argolicen. 1324. Cfr. Vet. Monum. Slav. Merid. I, 277, 288.

[2]) In disc. cum Georgio concan.; ille Joannes erat can. Drivasten.

[3]) Eccl. Drivasten. falso vacare credebatur, quare Nicolaus ad Caprulen. transfertur.

[4]) Pro se (prov. 1396 Sept. 30) et praedec. Nicolao.

[5]) Pro se (prov. 1405 Dec. 1, cfr. Lat. t. 122 A f. 294) et praedec. Bartholomaeo, Andrea, Nicolao.

[6]) Bacc. form. in theol., nobilis. Ei ob inhabilitatem a Mart. V (a. 10 Lat. l. pr. f. 275) 1427 Junii 16 Bernardus Martini Unani O. Min. datur in coadjut., qui postm. fit admin. eccl. Balleacen. vac. per transl. Michaelis epi. Balleacen. ad Drivasten.

Dromoren.

[1]) Die 1 Jun. 1407 Greg. XII eppos. Wigorn. et Hereford. a Radulfo (Richardo Wye?) epo. Clonen. ad Dromoren. translato juram. fidel. recipere jubet (Lat. t. 128 f. 160).

tr. Rich. ad Sodoren.	**Joannes** Curlw (de Chourles) al. Thouras[2])	1410 Julii 18	Jo. XXIII. a. 1 Lat. l. 7 f. 184
res. Joannis[3])	**Nicolaus** Wartre (Warter) O. Min.	1419 Mart. 17	Mart. V a. 2 Lat. l. 32 f. 160
res. Nicolai[4])	**Marcus**[5])	c. 1424	Mart. V a. 12 Lat. l. 95 f. 150
ob. Marci	**Thomas** Ratkelf (Radcliffe) O. Er. s. A., mag. theol.	1429 Jan. 31	

Duacen. (Kilmacduagh) in Hibernia, suffr. Tuamen. (40 fl.)

ob. Mac-Gilla (1203)	**O'Kelly** (ep. de Hy-Fiachra)	† 1214	Gams 225
. . . .	**Maelmurry** O'Connor (ep. de Kilmacduagh)	† 1224	
. . . .	**Odo** (Hugo), ante	1227 Maii 12	
. . . .	**O'Connor** O'Murray	† 1247	
. . . .	**Gelasius** Mac-Scelaig	† 1249	
. . . .	**Mauritius** (Jleyan), jam el.	1284 Julii 13	
b. Mauritii (1290)	**Laurentius** O'Loghnan O. Cist.	1290	
ob. Laur. (1306—08)	**Luke** (Lucas), succ.	1308	
ob. Lucae (1325)	**Joannes**[1]), cons.	1326	
ob. Joannis	**Nicolaus,** decanus ips. eccl.[2])	1358 Nov. 16	Inn. VI Av. t. 18 f. 151
. . . .	**Gregorius** (Jleyan), obl. se person.[3])	1393 Nov. 12	Bon. IX Obl. 48 f. 155
ob. Gregorii (1395)	**Nicolaus** Ileyan O. Praed. (?)	c. 1395	Gams 225
ob. Nicolai (1399)	**Joannes** Icomaid	c. 1399	
. . . .	**Henricus,** ep. Clonferten. (1405); **Dionysius**	. . . .	. . . .
ob. Dionysii	**Eugenius** Ostrilain (O'Folan), decanus Clonen.	1410 Maii 25[4])	Jo. XXIII a. 1 Lat. l. 7 f. 242
tr. Eug. ad Laonien.	**Dermitius** O'Donogh, decanus Duacen.	1418 Julii 6	Mar. V Arm. XII, 121 p. 106
ob. Dermitii[5])	**Joannes** (Iiombarg), abbas mon. de Petra fertili[6])	1419 Oct. 23	Mart. V a. 2 Lat. l. 32 f. 265
. . . .	**Nicolaus**	1422	Malone l. c. II, 392

Dublinen. (Dublin) in Hibernia, metrop. (2600 fl.)[1])

ob. Joa. Comyn (1212)	**Henricus** de London, adiac. Stafforden., el. ex a.	1212	Gams 218
ob. Henr. (1228)	**Lucas** (Neterville?), admissue a rege	1228 Dec. 13	
ob. Lucae (1255 Dec. 12)	**Fulco** de Saundford, thesaur. eccl. London.[2])	1256 Aug. 8	Potth. nr. 16519, Reg. nr. 1430
ob. Fulc. (1271 Maii 6)[3])	**Joannes** de Derlinthona[4]) O. Praed.	1279 Febr. 8	Nic. III a. 2 (t. 39) ep. 33
ob. Joa. (1284 Mart. 29)	**Joannes** de Saunfordia[5]), subdiac., el., prov.	1285 Maii 30	Hon. IV a. 1 ep. 28 (30)[6])
ob. Joa. (1294 Oct. 2)[7])	**Guilelmus** de (H)othun (Hotham) O. Praed.[8])	1296 Apr. 24	Bon. VIII a. 2 ep. 225 (1112)

Dromoren.

[2]) Monachus mon. s. Edmundi de Bery O. S. B. dioec. Norwicen., bacc. in theol., nobilis

[3]) Qui postea agebat suffrag. aepi. Cantuarien. et epi. Londonien.; obiit 1433 Junii 12.

[4]) Agebat suffrag. aepi. Eboracen. 1420—1445.

[5]) Apud *Malone* l. c. II, 366 loco Marci legitur **David** de Cherburg, qui usque ad a. 1427 sedisse et a. 1437 suffr. Meneven. egisse dicitur. Sed hic David ecclesiae Drom. vac. per ob. **Guilelmi** (!) praeficitur in epum. 1431 Jun. 22 (Arm. XII, 121 p. 264). Si ita est, iste Guilelmus nonnisi successor Thomae Radcliffe paulo post promot. resignantis, qui a. 1441—1487 (!) suffr. Dunelmen. egisse dicitur, esse potest.

Duacen.

[1]) Eo sedente per Jo. XXII eccl. Duacen. cum Tuamen. unita est, a. 1358 autem iterum sejuncta.

[2]) A. 1367 Apr. 6 obl. se Nicolaus ep. Duacen., qui alius esse videtur ac supradictus Nicolaus.

[3]) Pro se (prov. 1393 Oct. 13) et praedec. Nicolao. Cum litteris prov. non receptis se fecisset consecrari, suspensus et 1396 Aug. 30 de novo provisus est a Bon. IX (a. 7 Lat. l. 62 f. 10).

[4]) Hac die datae sunt litterae super ejus prov. ab Alex. V 1409 Sept. 21 facta.

[5]) Et cass. postul. de **Nicolao** Odubgylla can. Duacen. a cap. fact.

[6]) O. Cist. dioec. Finaboren.

Dublinen.

[1]) Quid Nic. III a. 1279 Mart. 7 super electione aepi. Dublinen. a capitulis eccl. ss Trin. et s. Patricii Dublinen. facienda ordinaverit, vide ejus Reg. a. 2 (t. 39) ep. 81.

[2]) Rej. Radulfo de Norwico can. eccl. s. Patricii Dbblin. a cap. el.

[3]) Et cass. elect. de Fremundo dicto Lebro adiac. Waterford. de mag. Guilelmo de Corberia capell. S. P. in disc. fact.

[4]) (Darlington), cons. 1279 Aug. 27. Ei, olim collectori decimae, qui ecclesiae Dublinen. „per 9 annos et amplius vac." praefectus est in aepum., datur facultas testandi a Mart. IV (a. 3 t. 41 epp. 111—115 cfr. 75) 1284 Mart. 1.

[5]) Decanus eccl. s. Patricii Dublin.

[6]) Cfr. 29 et 41 (31 et 44).

[7]) Et cass. elect. de mag. Thoma de Cadeworte decano eecl. s. Patr. Dublin. a cap. fact.

[8]) Prior prov. in regno Angliae, jam cons. a. s. a. (a. 1297 ab epo. Dunelmen. apud locum de Ghent?); cf. Bon. VIII a. 4 ep. 218 (2610).

ob. Guil. (1298 Aug. 28)[9]	**Richardus** (de Ferrings)[10]), jam cons. a. s. a.	1299 Julii 1	Bon. VIII a. 5 ep. 370 (3151
ob. Richardi[11])	**Richardus** (Havering), praecentor Dubl., el.[12]), prov.	1307 Julii 10	Cle. V a. 2 ep. 213 cf. 266
res. Richardi el.	**Joannes** (Leeck, Lech)[13]), jam cons. ab ipso S. P.	1311 Maii 18	Cle. V a. 6 ep. 483 (6889)
ob. Jo. (1313 Aug. 10)[14])	**Alexander** (Beknor), can. ips. eccl., el.[15]), prov.	1317 Aug. 20	Jo. XXII a. 1 (t. 66) ep. 4079
ob. Alex. (1349 Jul. 14)	**Joannes** de s. Paulo, can. ips. eccl.[16])	1349 Sept. 4	Cle. VI a. 8 (t. 192) ep. 153
ob. Joa. (1362 Sept. 9)	**Thomas** (Minot), can. ips. eccl., el., prov.	1363 Febr. 17	Urb. V Av. t. 6 f. 40
ob. Thom. (1375 Jul. 10)	**Robertus** (de Wikeford), adiac. Wintonien.[17])	1375 Oct. 12	Gre. XI Av. t. 26 f. 50
ob. Rob. (1390 Aug. 29)	**Robertus** (Waldby O. Er. s. A.), ep. Aduren.	1390 Nov. 14	Bon. IX a. 2 Lat. l. 17 f. 64
tr. Rob. ad Cicestren.	**Richardus** (Northall O. Carm.), obl. se	1395 Nov. 3	Bon. IX Obl. 48 f. 185
ob. Rich. (1397 Jul. 20)	**Thomas** (Cranley), obl. se person.	1397 Sept. 26	Bon. IX Obl. 48 A f. 91
ob. Thom. (1417 Maii 25)	**Richardus** Talbot, el., prov. (Lat. 187 f. 182)	1417 Dec. 20	Mart. V Arm. XII, 121 p. 95

Dulcinen. al. **Olicinen.** v. **Ulcinien.** (Dulcigno, Olcini, Olgun) in Dalmatia, suffr. Antibaren. (33 1/3 fl.)

. . . .	**Natalis** (sed. 1199), **Marcus**	1258	Gams 412
. . . .	**G. . . .** (1261), **Miroslaus,** post	1300	
ob. Miroslai[1])	**Thomas** O. Praed., jam cons. a. s. a.[2])	1331 Sept. 24	Jo. XXII a. 16 (t. 103) ep. 13
tr. Thom. ad Catharen.	**Gratias** de Aquila O. Min.	1334 Aug. 17	Jo. XXII a. 18 (t. 106) ep. 1127
tr. Gratiae ad Polen.	**Antonius,** monachus mon. Caven. O. S. B.	1343 Febr. 9	Cle. VI a. 1 (t. 152) ep. 116
res. Antonii	**Petrus** O. Praed., jam cons. a. s. a.	1349 Sept. 2	Cle. VI a. 8 (t. 192) ep. 203
ob. Petri (1354)	**Joannes** (de Vincentia), ep. Fogien.	1354 Nov. 19	Inn. VI Av. t. 7 f. 57
ob. Joannis	**Nicolaus**[3])	1360, 1369	Gams 412
. . . .	**Matthaeus,** obl. se	1406 Junii 21	Inn. VII Obl. 57 f. 105
ob. Matthaei	**Thaddaeus,** decanus Mothonen.	1410 Aug. 11	Jo. XXIII a. 1 Lat. l. 7 f. 224
ob. Thaddaei	**Joannes** de Brixia O. Min.	1411 Jan. 12	Jo. XXIII Arm. XII, 121 p. 42
	Nicolaus Wallibassa, can. ips. eccl., el., prov.	1414 Mart. 14	Jo. XXIII a. 4 Lat. l. pr. f. 163
tr. Nic. ad Drivasten.	**Franciscus** (de Scutaro O. Min.), ep. Drivasten.	1424 Maii 24	Mar. V a. 7 Lat. l. pr. f. 141

Dulpnen. *v.* **Dumnen.**

Dumblanen. (Dunblane) in Scotia, immed. subj. (800 fl. al. 2600 fl.)

. . . .	**Jonathan** (1197, † 1210), **Guilelmus**	c. 1210	Gams 238
. . . .	**Abraham** (c. 1220), **Radulfus**	. . . .	
res. Radulfi el.[1])	**Osbertus** (1230, 1231), **Clemens** O. Praed.[2]), cons.	1233	
ob. Clem. (1258)	**Robertus** de Praebenda[3]), el.	1258	
ob. Rob. (c. 1284)	**Guilelmus,** abbas m. de Aberbrothoc O. S. B.[4])	1284 Dec. 18	Mart. IV a. 4 (t. 41) ep. 49

Dublinen.

[9]) Et cass. elect. de Adam de Balsaham priore eccl. ss. Trin. et Thoma de Chedelworth (Cadeworte) decano eccl. s. Patr. Dublin. in disc. fact.

[10]) Can. Cantuarien.

[11]) Hac occasione reservavit sibi provisionem Clemens V (a. 1 p. II ep. 270 ed. *Mon. Ben.* 1456) 1306 Oct. 20.

[12]) In disc. cum Nicolao de Butiler clerico.

[13]) Can. Dunkelden. et in hujus eccl. epum. in disc. el.

[14]) Et cess. **Alexandri** tempore Clem. V a capit. in disc. electi.

[15]) In disc. cum Waltero praecentore eccl. s. Patr. Dubl.

[16]) Consecr. 1350 Febr. 14 (Reg. sacr. Anglic.)

[17]) Utr. jur. doctor.

Dulcinen.

[1]) Et renunt. Petri adiac. Antibaren. in epum. Dulcin. el.

[2]) Qui 1331 Oct. 3 a solv. serv. comm. propter paupert. liberatur; similiter liberatur ejus successor Gratias, qui erat 1334/43 Avinione.

[3]) El. et confirmatus quidem fuit; postmodum vero Marino Tryphonis can. Catharen. in epum. Driv. proviso Urbanus V hanc ob rem inquiri jussit 1369 Aug. 31. Cfr. Vet. Mon. Slav. Merid. I, 263.

Dumblanen.

[1]) Cfr. litt. Hon. III (a. 10 t. 13 ep. 152) d. d. 12 Jan. 1226.

[2]) Ex litt. Greg. IX (a. 11 t. 18 ep. 129) d. d. 11 Junii 1237 apparet, epum. Dumblanen. de miserabili eccl. suae, olim per annos 100 (!) et amplius vacantis, statu conquestum esse certosque proventus accepisse.

[3]) De eo adhuc el. sermo est in litt. Alex. IV (a. 5 t. 25 epp. 177 et 182) d. d. 13 et 22 Aug. 1259.

[4]) Dioec. s. Andreae, el., prov., jam cons. a. s. a.

ob. Guil. (c. 1296)[5]	**Alpimus**, can. ips. eccl., nobilis, el., prov.	1296 Oct. 16	Bon. VIII a. 2 ep. 521 (1411)
ob. Alpini (c. 1300)	**Nicolaus** (de Balmyle)[6], el., prov., jam cons. a. s. a.	1301 Nov. 13	Ben. VIII a. 7 (t. 50) ep. 300
ob. Nicolai	**Nicolaus**, in sacerd. const., el., prov.[7])	1307 Dec. 11	Cle. V a. 3 ep. 53 (2359)
ob. Nicolai	**Mauritius**, praecentor ips. eccl., el.[8]), prov.	1322 Mart. 5	Jo. XXII a. 6 (t. 73) ep. 762
ob. Maur. (c. 1347)	**Guilelmus**, can. ips. eccl., el., prov., jam cons. a. s. a.	1347 Oct. 23	Cle. VI a. 6 (t. 181) ep. 24
ob. Guil. (c. 1361)	**Walterus** (Cambuslang), dec. Aberdon., el., prov.	1361 Junii 18	Inn. VI Av. t. 26 f. 45
ob. Walteri	**Andreas**, adiac. ips. eccl., el., prov.	1372 Apr. 27	Gre. XI Av. t. 14 ep. 157
ob. Andreae	**Dugallus**, can. ips. eccl., el., prov.	1380 Sept. 20	Cle. VII Av. t. 17 f. 65
ob. Dougalli	**Finlarus** (Finlay, Dermoch), adiac. ips. eccl.	1403 Sept. 10	Ben. XIII Av. t. 30 f. 95
ob. Finali (1419)	**Guilelmus** (Stephen), ep. Orcaden.	1419 Oct. 30	Mart. V a. 2 Lat. l. 32 f. 267
ob. Guil. (1429)	**Michael** Ouhete (Ochiltree), decanus ips. eccl.[9])	1429 Junii 22	Mart. V Arm. XII, 121 p. 242

Dumnen. al. **Delmiten.** vel **Dalmatien.** (?) vel **Dulpnen.** (?) (**Duvno**) in Hercegowina, suffr. Spalaten.[1])

. . . .	**Joannes** de Hoio O. Cist.[2]), ep. „Delmeten.“, obiit	1317 Mart. 24	. . . .
. . . .	**Madius** (Medius) O. . ., ep. „Delmiten.“	1337	Gams 406
res. Medii[3])	**Joannes**[4])	1345 Junii 20	Cle. VI a. 4 (t. 169) ep. 15
. . . .	**Guerrinus** (1347), **Stephanus** (ep. Dalmatiae)[5])	1355	Gams 406
. . . .	**Simon** O. Min. (ep. Craynen., 1370), **Joannes**	c. 1383	Bon. IX a. 5 Lat. l. 45 f. 27
ob. Joannis	**Petrus** Petri Tilikonis O. Min. (ep. Dalmatien.)	1394 Sept. 7	
. . . .	**Georgius** O. Min.	c. 1406	Gams 406
tr. Geo. ad Pharen.	**Georgius**	1412	
ob. Georgii (1419)	**Blasius** de Novariena O. Min. (ep. Dulpnen.)[6])	1419 Sept. 15	Mar. V a. 2 Lat. l. 32 f. 108
. . . .	**Nicolaus** O. Min.	c. 1426—1433	Gams 406

Dunelmen. (**Durham**) in Anglia, suffr. Eboracen. (9000 fl.)

ob. Philippi[1])	**Richardus** de Marsh (Marisco)[2])	1217 Julii 2	Gams 187
ob. Rich. (1226 Maii 1)	**Richardus** le Poor, ep. Saresber..[3])	1228 Maii 14	Potthast nr. 8193
ob. Rich. (1237 Apr. 15)	**Nicolaus** de Farnham[4]), cons.	1241 Junii 9	Gams 187 et Reg. sacr. Anglic. ed. Stubbs
res. Nicolai († 1258)	**Walterus** de Kirkham, cons.	1249 Dec. 5	
ob. Walt. (1260 Aug. 9)	**Robertus** Stichell, cons.	1261 Febr. 13	
ob. Rob. (1274 Aug. 4)	**Robertus** de Insula (Holy Island), cons.	1274 Dec. 9	

Dumblanen.

[5]) Ei licentia testandi concessa erat 1291 Jul. 31 a Nic. IV (a. 4 ep. 404 ed. *Langlois* 5783).

[6]) Abbas mon. de Aberbrothoc O. S. B. dioec. s. Andr.

[7]) Jam cons. a. s. a.

[8]) In disc. cum mag. Rogerio de Balnebrich rect. eccl. de Ferrewith dioec. s. Andr.

[9]) Def. nat. patiens.

Dumnen.

[1]) Sunt, qui scribunt, et Croacen. et Craynen. (quod nomen ante medium saec. XV non occurrit) eandem ecclesiam esse ac Dumnen.; nos tamen, cum haec suppositio satis fundata esse non videatur, seriem eporum. Croacen. suo loco exhibuimus.

[2]) Abbas mon. Aureae vallis et Triumfontium. Cfr. *Bertholet*, „Hist. . . du duché de Luxemburg“ VI, 351.

[3]) In manibus S. P. 1344 Oct. 28 fact., a quo 1344 Nov. 13 facult. utendi episc. ordine et pontificalibus obtinet (Reg. Vat. t. 166 f. 177). Jam 1328/30 et iterum 1346 Febr. 20 Avinione degens indulg. largitur.

[4]) Olim monachus mon. de Leoncello O. Cist. dioec. Valentin., postea per Andream aep. Antibar. minus canonice in ep. Cunavien. prom. et cons.

[5]) Idem esse videtur atque ille Steph. ep. Du(m)nen., qui 1330 Apr. 10 Avinione quasd. indulg. concedit.

[6]) Suffr. Colocen. in ins. Rhodo.

Dunelmen.

[1]) Die 30 Apr. 1197 consecr. et 1208 Apr. 22 defuncti. Innoc. III die 13 Jan. 1209 priorem et conventum Dunelmen. monet, ut novum epum. eligant; Hon. III 1217 Maii 12 idem mandat (*Potthast* nr 3606 et 25950).

[2]) A. 1219 Febr. 19 ei Hon. III (a. 3 ep. 288 ed. *Press.* 1884) confirmavit officium cancellariae in regno Angliae a Joanne rege ipsi collatum. Idem Hon. III (a. 5 ep. 384 ed. *Press.* 3074) 6 Febr. 1221 declarat, eum a calumniis sibi objectis se purgasse.

[3]) Ante eum el. erat mag. W. adiac. Wigornien. , quem confirmare jussus est ab Hon. III (a. 11 t. 13 ep. 456) 1226 Dec. 22 aepus. Eboracen. Cfr. Reg. Greg. IX ed. *Auvray* nr. 200.

[4]) Ante eum el., sed a rege Angliae non admissus erat **T.** prior ips. eccl., quare Gre. IX (a. 12 t. 19 epp. 71 et 267, a. 13 ep. 136) inquiri jussit 1238 Apr. 26.

ob. Rob. (1283 Junii 7)	**Antonius** de Beck (Beacke)[5], cons.	1284 Jan. 9	Gams 187 et Reg. sacr.
ob. Ant. (1311 Mart. 3)	**Richardus** Kellow (Kellaw), cons.	1311 Maii 30	Anglic. ed. Stubbs
ob. Rich. (1316 Oct. 9)	**Ludovicus** (de Beaumont)[6]	1317 Febr. 9[7]	Jo. XXII a. 1 (t. 65) ep. 2085
ob. L. (1333 Sept. 24)[8]	**Richardus** (de Bury)[9], decanus eccl. Wellen.	1333 Oct. 14	Jo. XXII a. 18 (t. 107) ep. 4
ob. Rich. (1345 Apr. 14)	**Thomas** de Hatf(i)eld, can. ips. eccl., el., prov.[10]	1345 Junii 8	Cle. VI a. 14 (t. 170) ep. 2
ob. Thom. (1381 Maii 8)	**Joannes** de Fordham, cons.	1382 Jan. 5	Gams 187
tr. Joa. ad Elien.	**Walterus** (Skirlawe), ep. Bathon.[11], obl. se	1388 Julii 13	Urb. VI Obl. 48 f. 70
ob. Walt. (1406 Mart.24)	**Thomas** Langley, decanus Eboracen.[12]	1406 Maii 14	Inn. VII Lat. t. 125 f. 252

Dunen. (Down) in Hibernia, O. S. B., suffr. Armachan. (130 al. 230 fl.)

ob. Malachiae (c. 1201)	**Radulfus** (1202, † 1213), **Thomas**	1213, 1237	Gams 216
. . . .	**Ranulfus** (1251, † 1253)[1], **Reginaldus**[2]	. . . .	
. . . .	**Thomas** Liddell, adiac. ips. eccl.[3], el.[4], prov.[5]	1266 Julii 5	Cle. IV a. 2 (t. 32) ep. 106
ob. Thomae (1276)	**Nicolaus**	1276	Gams 216
ob. Nicolai (1304)	**Thomas** Kittell, recipit regalia	1305 m. Julio	
ob. Thomae (1313)	**Thomas** Bright, cons.	1314	. . . .
ob. Thomae (1327)	**Radulfus** (de Kilmessan) O. Min.[6]	1328 Dec. 12	Jo. XXII a. 13 (t. 89) ep. 676
ob. Radulfi	**Gregorius,** praepos. Aladen.[7]	1353 Jan. 29	Inn. VI Av. t. 2 f. 37
	Richardus (Calf), prior eccl. Dunen., el., prov.	1353 Dec. 4	ibid. f. 57
ob. Rich. (1365 m. Oct.)	**Guilelmus** prior pr. de Conall O. Can. s. A.	1366 Junii 8	Urb. V Av. t. 14 f. 103
ob. Guil.(1368 m. Aug.)	**Richardus** (Calf), prior ips. eccl., el., prov.	1369 Febr. 19	Urb. V Av. t. 21 f. 148
ob. Rich. (1386 Maii 16)	**Joannes** (Ross), obl. se	1386 Nov. 8	Urb. VI Obl. 48 f. 42
ob. Joannis (1394)	**Joannes** Dougan O. S. B., ep. Deren.[8]	1394 Sept. 16	Bon. IX a. 5 Lat. l. 45 f. 36
ob. Joannis (1412)	**Joannes** (Cely), prior ips. eccl. O. S. B.[9]	1413 Julii 28	Jo. XXIII a.4 Lat. l. pr. f. 197

Dunkelden. (Dunkeld) in Scotia, immed. subj. (450 fl.)

ob. Joa. Scot. (1203)	**Richardus**	1203	Gams 238
ob. Rich. (1210 m. Maio)	**Joannes** (de Leicester), adiac. ips. eccl.	1212 Jun. 13[1]	Inn. III ed. Potth. 4541
ob. Joannis (1214)[2]	**Hugo** (Hew) de Sigillo	1214	Gams 238
ob. Hug. (c. 1215 Jan. 6)	**Matthaeus** Scotus, el. (1215), **Gilbertus**	1215	

Dunelmen.

[5]) A. 1306 Febr. 26 simul factus est patr. Hierosol. (vel potius prom. in patr. Hierosol. remanet admin. Dunelmen.).

[6]) Thesaur. eccl. Saresberien., de prosapia regali trahens orig.

[7]) Alias jam 1316 Nov. 13 prov. , cui 1317 Jun. 27 indulg., ut „a quoc.", et Nov. 17 ac Dec. 1 prorog. tempus recip. munus consecr. ad 6 menses (*Mollat* nr. 1881, 5872, 5950; cfr. Reg. Vat. t. 109 epp. 168 et 169); cons. 1318 Mart. 26.

[8]) Inter eum et Rich. in Reg. sacr. Angl. insertus est **Robertus** Grayotanes, cons. 1333 Nov. 14, depos. paulo post.

[9]) Alias Aungerville, capell. S. P., cons. 1333 Dec. 19.

[10]) Consecr. 1345 Aug. 7.

[11]) Prov. 1388 Apr. 3.

[12]) Obl. se 1406 Junii 17 (Obl. t. 57 f. 105). Consecr. 1406 Aug. 8, obiit 1437 Nov. 20 (al. Sept. 28 vel Mart. 17). Cfr. Eboracen. not. 3.

Dunen.

[1]) A. 1246 Oct. 13 mandavit Inn. IV (a. 4 ep. 145 ed. *Berger* 2140), ut aliquot delegati venirent ad sedem apost. ad providendum ecclesiae Dunen. de persona idonea.

[2]) Clem. IV (a. 1 t. 32 ep. 23) 1265 Apr. 13 transtulit eum ad Clonen. et 1265 Apr. 30 (ib. ep. 31) collationes beneficiorum ab eo factas tempore, quo se gerebat pro epo. Dunen., ratas et firmas habuit.

[3]) Et rector eccl. de Rathlonge, mag.

[5]) In disc. cum Regin. supradicto.

[5]) Cassato processu ab aepo. Armachan. contra elect. ejus facto; jam 1265 Maii 19 hic Thomas absolvitur a criminibus, quibus occasione eiusdem electionis impingebatur (Reg. Clem. IV nr. 135).

[6]) Rejecto **Joanne** de Ballyconingham el., conf., cons., qui postea eccl. Corkagen. praefectus est in epum. Ille Radulfus tempore, quo promotus est, in Curia Rom. morabatur; nam 1328 Dec. 24 Avinione quasdam concedit indulgentias.

[7]) Radulfus eo tempore mortuus non erat ideoque ecclesia Dunen. non vacaverat, quare Greg. epus. nullius eccl. remanebat, usque dum ad eccl. Elfinen. transfertur.

[8]) Obl. se person. 1394 Oct. 6 pro se et praedec. Joanne. Cfr. Obl. 48 f. 166.

[9]) Obl. se person. 1413 Aug. 19 (Obl. t. 56 f. 97). Eo a. 1441 amoto uniuntur ad invicem eccl. Dunen. et Connoren.

Dunkelden.

[1]) Hac die ejus confirm. committ. epo. Glasguen.

[2]) Annos 2 (II) tantum (non 11, sicut legit *Gams*) sedisse videtur, quare de praedec. Richardo non dubitamus.

ob. Gib. (1236 Mart. 30)	**Galfridus** (Liverance), can. ips. eccl.[3])	1236 Sept. 6	Gre. IX a. 10 (t. 18) ep. 218
ob. Galfr. (1249 Sept. 22)	**David,** el. tantum	. . . .	Gams 238
. . . .	**Richardus,** Innerkeithing	1250	
ob. Rich. (1272 Apr. 16)	**Robertus** (de Stutteville), decanus ips. eccl.[4])	1273 Maii 7	Gre. X a. 2 (t. 37) ep. 18
ob. Roberti	**Hugo** de Strinolin, can. ips. eccl., el.	. . . .	Mar. IV a. 3 (t. 41) ep. 84
ob. Hug. (a. s. a.)	**Guilelmus,** decanus ips. eccl., prov.[5])	1283 Dec. 13	
ob. Guil. (c. 1287)	**Matthaeus** (de Crambeth), decanus Aberdonen.[6])	1288 Apr. 10	Nic. IV a. 1 ep. 17 (27)
ob. Matth. (1309)	**Guilelmus** Sinclair (de s. Claro), el.[7]), prov.	1312 Maii 8	Cle. V a. 7 ep. 526 (8206)
ob. Guil. (1337 Junii 27)	**Richardus** de Pilmor, can. ips. eccl., el.[8]), prov.	1344 Julii 5	Cle. VI a. 3 (t. 163) ep. 14
ob. Rich. (c. 1347)	**Duncanus,** praecentor eccl. Moravien.	1347 Oct. 15	Cle. VI a. 6 (t. 178) ep. 29
ob. Duncani	**Joannes,** praecentor eccl. Dunkeld., el., prov.	1355 Maii 18	Inn. VI a. 3 (t. 228) ep. 92
. . . .	**Michael** Monymusk, decanus Glasguen.[9]), obl. se	1372 Julii 26	Gre. XI Obl. 39 f. 279
ob. Mich. (1376 Mart. 1)	**Andreas**[10]), decanus ips. eccl., el., prov.	1377 Junii 17	Gre. XI Av. t. 30 f. 47
. . . .	**Robertus** (Derling), cons. Romae	1379 Oct. 30	prov. ab Urb. VI
. . . .	**Nicolaus** (Duffeld O. Er. s. A.), obl. se person.[11])	1390 Maii 9	Bon. IX Obl. 48 f. 101
. . . .	**Joannes** (Peblis), obl. se	1379 Oct. 19	Cle. VII Obl. 43 f. 60
ob. Joannis	**Robertus,** ep. Orcaden.	1391 Febr. 1	Cle. VII Av. 61 f. 165
ob. Roberti	**Robertus** de Cairney, decanus ips. eccl. († 1436)	1398 Nov. 27	Ben. XIII Av. t. 28 f. 227

Duracen. seu **Dyrrhachien.** (Durazzo) in Epiro, metrop. (50 fl.)

. . . .	**Manfredus,** el. a cap., conf. et cons. a patr. Constantinop.	1209	Gams 407 cfr. Vet. Mon. Slav. Merid. I, 45
ob. Manfr.[1])	**A. . . . .,** praepos. Constantinop.[2])	1211 Aug. 2	Inn. III ed. Potth. 4291
. . . .	**Antonius**[3]) (1296, 1301), **Petrus**	1303, 1304	Gams 407
. . . .	**Matthaeus,** sedet	1320, 1334	
ob. Matthaei	**Petrus** de Gironsa O. Min.[4])	1340 Mart. 23	Ben. XII a. 6 (t. 128) ep. 226
. . . .	**Angelus** O. Min.	1344	. . . .
ob. Angeli	**Antonius** (de Alexandria O. Min.), ep. Hierapol.	1349 Maii 25	Cle. VI a. 8 (t. 195) ep. 1
ob. Antonii	**Demetrius,** ep. Steph. et Benden., postul., prov.	1363 Dec. 20	Urb. V Av. t. 7 f. 87
. . . .[5])	**Joannes,** obl. se person.	1388 Sept. 28	Urb. VI Obl. 48 f. 73
ob. Joannis	**Stephanus** de Neapoli O. Carm., poenit. apost.[6])	1394 Junii 3	Bon. IX a. 5 Lat. l. 45 f. 84
	Joannes (de Panella), ep. Ferentin., obl. se pers.[7])	1395 Maii 15	Bon. IX Obl. 48 f. 178

Dunkelden.

[3]) Def. nat. patiens, postul., cujus confirm. committ. epo. Glasguen.

[4]) El. a capit., cujus confirm. committ. eppis. Moravien., Aberdonen., Glasguen.

[5]) Jam cons. a. s. a.

[6]) El., prov., jam cons. a. s. a.

[7]) In disc. cum Joanne, nunc aepo. Dublinen., tunc can. Dunkelden.

[8]) In disc. cum concan. Malcolmo de Innepeffry.

[9]) Licent. in decret., prom. ab Urb. V 1370 Nov. 13 (Reg. Avin. t. 172 f. 498).

[10]) Desideratur apud *Gams* p. 238, ubi infradictus Joannes Peblis (Peebles) jam ad a. 1377 affertur.

[11]) Pro se et praedec. Roberto, Andrea, Michaele. Hic (antea abbas mon. de Pershove), qui (sicut praedec. Robertus) possess. eccl. Dunkel. propter schisma adipisci non potuit, suffr. epi. Wigorn. agebat a. 1392—1421; ejus successor **Guilelmus** Gunwarby eadem de causa a. 1431 epi. Lincoln. et 1448/50 epi. Elien. suffr. agebat, † 1457 (Reg. sacr. Anglic. ed. *Stubbs* pag. 197).

Duracen.

[1]) Cfr. Reg. Inn. III ed. Migne III, 105.

[2]) Venetiis existens, el., cujus conf. committ. patr. Graden.

[3]) Apud *Gams* ad a. 1305—1318 alter Antonius (O. Min.) recensetur, qui nobis idem esse videtur atque Antonius supradictus, nisi forte idem habendus est atque ille Antonius, qui a. 1349 succedit.

[4]) Rej. Augerio Gratiani O. Min. el.

[5]) Inter episcopos, quos Urb. VI statim post suam exaltationem praefecit, legimus in quodam codice (Arch. Vat. Arm. 54 nr. 14 f. 172) fr. **Benedictum** de Turdeto (Tuderto ?) promotum in epum. Diralien. (Duracen. ?).

[6]) Obligavit se person. 1394 Aug. 17 pro se et praedec. Joanne (Obl. 48 f. 164). Renuntiasse aut absolutus esse videtur, minime vero 1399 translatus ad Potentin., sicut legitur apud *Gams* 407 et 914.

[7]) Pro se et praedec. Joanne. Ipsi ut obediant, et latini et graeci monentur clerici 1398 Aug. 8 (Lat. 52 f. 166).

(tr. Joa. ad Caputaq.)	**Leonardus** Petri Michaelis de Venetiis, obl. se[8])	1399 Junii 5	Bon. IX Obl. 48 f. . . .
. . . .	**Minor** (ep. Suacinen.)[9]), obl. se	1404 Aug. 11	Obl. 57 f. 71, Lat. t. 116 f. 68
ob. Minoris	**Joannes** de Duracio O. Praed., mag. theol.	1412 Oct. 1	Jo. XXIII a. 3 Lat. l. pr. f.281
ob. Joannis	**Nicolaus** Cosmae O. Min., el., prov.	1422 Julii 6	Mart. V a. 5 Lat. l. pr. f. 61
ob. Nicolai	**Joannes** de Monte [10]), el., prov.	1429 Oct. 21	Mart. V a. 12 Lat. l. 154 f. 165

Eboracen. (York) in Anglia, metrop. (10000 fl.)

ob. Godfridi[1])	**Walterus** Gray, ep. Vigornien.	1216 Mart. 27	Gams 201
ob. Walt. (1255 Maii 1)	**Sewallus** (de Bowill), decanus ips. eccl.[2])	1256 Mart. 11	Alex. IV a. 2 (t. 24) ep. 180
ob. Sew. (1258 Maii 10)	**Godfridus** Ludham (de Kineton), cons.	1258 Sept. 22	Gams 201 et Reg. sacr.
ob.God. (1265Jan.12)[3])	**Walterus** Giffard, ep. Bathon.	1266 Oct. 15	Anglic. ed. Stubbs
ob. Walt. (1279 Apr. 22)	**Guilelmus** (Wickwane), el., prov.[4])	1279 Sept. 19	Nic. III a. 2 (t. 39) ep. 151
ob. Guil. (1285 Aug. 26)	**Joannes** (le Romain), praecentor Lincoln.[5])	1286 Febr. 17	Hon. IV a. 1 ep. 274 (278)
ob. Joa. (1296 Mart. 11)	**Henricus** (Newark), decanus ips. eccl., el., prov.[6])	1297 Mart. 11	Bon. VIII a. 3 ep. 70 (1725)
ob. Hen. (1299 Aug. 15)	**Thomas** (de Corbridge), can. ips. eccl., el., prov.[7])	1300 Mart. 9	Bon. VIII a. 6 (t. 49) ep. 42
ob. Tho. (1303 Sept. 22)	**Guilelmus** (Greenfield), can. ips. eccl., el.[8])	1306 Febr. 8	Cle. V a. 1 f. 81 (ep. 475)
ob. Guil. (1315 Dec. 6)	**Guilelmus** (de Melton), can. ips. eccl., el., prov.[9])	1317 Sept. 28	Jo. XXII a. 2 (t. 67) ep. 98
ob. Guil. (1340 Apr. 4)	**Guilelmus** (de la Zouche)[10]), el.[11]), prov.	1342 Junii 26	Cle. VI a. 1 (t. 147) ep. 10
ob. Guil. (1352 Jul. 19)	**Joannes** Thoresby, ep. Wigornien.	1352 Oct. 22	cfr. s. v. Wigornien.
ob. Joa. (1373 Nov. 6)	**Alexander** (Neville), can. ips. eccl.[12]), el., prov.	1374 Apr. 14	Gre. XI a. 4 (t. 273) ep. 55
absol. Alexandri	**Thomas** (Arundel), ep. Elien.[13]), obl. se	1388 Junii 13	Urb. VI Obl. 48 f. 71
tr. Thomae ad Cantuar.	**Robertus** (Waldby O. Er. s. A.)[14]), obl. se	1397 Jan. 4	Bon. IX Obl. 48 f. 193
ob. Rob. (1398 Jan. 6)	**Richardus** (Lescrope), ep. Conventren., obl. se	1398 Mart. 15	Bon. IX Obl. 48 A f. 102
ob. Rich. (1405Jun.8)[15])	**Robertus** (Hallum), adiac. Cantuarien., decr. doctor	1406 Maii 22	Inn. VII Lat. t. 125 f. 257
tr. Rob. ad Saresber.	**Henricus** Bowet, ep. Bathon.,[16]) obl. se	1407 Nov. 7	Gre. XII Cam. t. 2 f. 4
ob.Hen. (1423Oct.20)[17])	**Richardus** (Flemyng), ep. Lincoln.	1424 Febr. 14	Mart. V a. 7 Lat. l. pr. f. 66
retr. Rich. ad Lincoln.	**Joannes** (Kempe), ep. Londonien.[18])	1425 Julii 20 .	Mart. V Arm. XII, 121 p. 190

Ebredunen. al. **Embredunen.** (Embrun) in Gallia, metrop. (2400 fl.)

ob. Guilelmi (c. 1208)	**Raimundus** Sédu, sedet	1208, 1212	Gams 548
. . . .	**Bernardus** (Chabert), ep. Geneven., postul., prov.	1212 m. Oct.	Potthast nr. 4618/20 cf. 4868

Duracen.

[8]) Pro se et praedec. Joanne et altero Joanne. Promotus erat 1389 Apr. 16; defectum patiebatur in aet. et ord., cum nonnisi 18 a. ageret et simplex clericus esset; super istis defect. dispensationem obtinet (Lat. t. 69 f. 217 cfr. t. 67 f. 37 et t. 87 f. 245).

[9]) Die 11 Maii 1405 obtinet pallium (Lat. t. 120 f. 103).

[10]) Adiac. b. Mariae de Malfitanis in eccl. Duracen., cui 15 Febr. 1430 tempus recip. munus consecr. , propter quod Venetias transfretare proponit, ad 6 menses prorogatur (Lat. t. 295 f. 93).

Eboracen.

[1]) Consecr. (Turonis ab aepo. Turonen.) 1191 Aug. 18, † 1212 Dec. 18. — Die 23 Dec. 1213 Innoc. III capitulum Ebor. novum aepum. eligere jubet (*Potth.* 4863); quod mand. innovat 1215 Sept. 13, cum mag. Simoni de Langeton interdixerit, ne ad obtinendum aepatum. Ebor. intendat (l. c. nr. 4995).

[2]) Def. nat. patiens, postul., prov.; consecr. 1256 Jul. 23

[3]) Et cass. elect. de **Guilelmo** de Langton a cap. fact. atque renunt. **Bonaventurae** O. Min. min. gen., 1265 Nov. 24 a Cle. IV (a. 1 f. 32 ep. 170) promoti.

[4]) Jam cons. ab ipso S. P. Viterbii 1279 Sept. 17.

tr. Joa. ad Asculan.	**Philippus** Ogerii O. Carm.	1405 Junii 5	Ben. XIII Av. t. 40 f. 153
tr. Phil. ad Damascen.	**Petrus** Spinola, monachus mon. s. Mariae[8])	1411 Oct. 29	Jo. XXIII a. 2 Lat. l. pr. f. 169
tr. Petri ad Usellen.	**Vincentius** de Vialli, clericus († 1443)[9])	1413 Julii 14	Jo. XXIII a. 4 Lat. l. pr. f. 130

Sappaten. al. **Zapaten.** (**Sappae, Nensiati**) in Epiro, suffr. Antibaren. (58 fl.)[1])

. . . .	**Paulus**	. . . .	Gre. XI a. 6 (t. 290) f. 150
ob. Pauli	**Benvenutus** O. Min., ep. Malvasien.	1376 Julii 2	
ob. Benvenuti	**Petrus** (Zaccariae), obl. se person.	1395 Maii 4	Bon. IX Obl. 48 f. 134
ob. Petri[2])	**Michael**, adiac. ips. eccl., el., confirm. a S. P.	1422 Julii 3	Mart. V a. 5 Lat. l. pr. f. 57
ob. Michaelis	**Petrus**, monachus mon. ss. Sergii et Bacchi[3])	1425 Julii 13	Mart. V a. 8 Lat. l. 108 f. 93

Sara(y)en. (**Zarew**) in Russia (Astrachan, olim Kaptschak s. Kipschak), metrop.

. . . .	**Stephanus** O. Min. (1321)[1]), **Thomas**[2])	c. 1351	Inn. VI Av. t. 17 f. 234
ob. Thomae	**Albertus** Bludonis O. Min., mag. theol.	1357 Maii 24	
ob. Alberti	**Cosmas** (O. Min.), ep. Traphasson. (Trapezund. ?)[3])	1362 Junii 17	Inn. VI Av. t. 28 f. 124

Sard(an)en. al. **Sardinen.** (**Sarda, Sardoniki**) in Epiro, suffr. Antibaren. (33 1/3 fl.)

. . . .	**Theodorus**, sedet	1199, 1248	Gams 415, Reg. Hon. IV 716
. . . .	**Petrus** de Tibure O. Min.	1260 Junii 27	Alex. IV a. 6 (t. 25) ep. 93
ob. Petri	**Ptolomaeus** (O. Er. s. A., suffr. Constantien.)[1])	1278, 1285	Gams 415
tr. Ptol. ad Ravellen.	**Tanusius**,[2]) **Petrus**, conf.	1291 Junii 11	
. . . .	**Joannes**	. . . .	Cle. VII Av. t. 13 f. 520
ob. Joannis	**Joannes** Nicasii O. Min.	1379 Mart. 26	
. . . .	**Jacobus** de Burgo O. Er. s. A., sedet	1381 Nov. 16	Gams 415
tr. Jac. ad Gisarclen.[3])	**Franciscus** de Domocssolae O. Min.	1396 Sept. 13	Bon. IX a. 7 Lat. l. 62 f. 15
. . . .	**Henricus**	. . . .	Bon. IX a. 8 Lat. l. 71 f. 271
ob. Henrici[4])	**Marianus** Cinctii de Reate[5])	1396 Nov. 27	

Saonen.

[7]) A. 1399 Maii eximitur, quamdiu vixerit, a jurisdict. aepi. Mediolan. (Lat. t. 69 f. 136).

[8]) De Castellione O. S. B. dioec. Parmen. Obl. se person. 1412 Jan. 20 (Obl. 56 f. 59).

[9]) Obl. se person. 1413 Julii 17 (Obl. 56 f. 94).

Sappaten.

[1]) Nic. IV (a. 4 ep. 281, ed. *Langlois* n. 5339) die 11 Junii 1291 archiepiscopo Antibaren. mandavit, ut **Petrum** in epum. „**Savae** in Albania" electum confirmaret. Quae ecclesia eadem ac Sappaten. esse videtur.

[2]) Inter eum et Mich. apud *Gams* p. 415 ponitur „**Nicolaus** el. ante 10 Dec. 1414 † c. 1422".

[3]) O. S. B. dioec. Scutaren.

Sara(y)en.

[1]) Ei condolet Jo. XXII (a. 6 t. 111 f. 86 ep. 332 s.), quod per Bogos epum. Armen. graves passus sit jacturas, monetque populum Armenorum per civ. et dioec. Sarayen. constitutum, ut illi satisfactionem congruam impendat. Cfr. *Gams* p. 432.

[2]) Liberatur a solv. comm. 1352 Junii 25 (Obl. 22 f. 166).

[3]) Ad Cambalien. translatus paulo post (1370 Mart. 1) ad Sarayen. restitutus est ab Urb. V (Av. t. 22 f. 77).

Sard(an)en.

[1]) Idem esse videtur ac T. ep. Sardinen., qui c. a. 1284 suae translationi ad Clugien. consensum non praebuit. Cfr. Vet. Mon. Slav. Merid. I, 109 et 111.

[2]) Nic. IV 1291 Mart. 1 (al. Jun. 27) aepo. Antibaren. exponenti, capitulum eccl. Sardanen (inter nationes perversas positae), licet ejus provisio jure devolutionis ad sedem apost. pertinuerit, Tanusium apresb. Diocleen. in epum Sard. elegisse, hunc autem propter viarum discrimina et onera paupertatis ad ipsam sedem apost. non posse se conferre, concedit facult. providendi hac vice de consilio et assensu prioris Praed. et guardiani Min. fratrum Ragusin. eidem eccl. de persona idonea (Reg. Vat. t. 46 f. 13 ep. 70 ed. *Langlois* 4611; *Potthast* nr. 23719).

[3]) Et renunt. Francisci Creppa O. Min. a S. P. prov. Cfr. Mediolan. ad a. 1409 et Dolien. ad a. 1393. — Apud *Gams* legimus, Jacobum jam a. 1386 ad Girarclen. translatum esse eique successisse 1386 Peregrinum O. S. B., postea Antonium et alterum Antonium, 1392 tertium Antonium, Henricus vero desideratur. Certe haec series difficultatibus abundat. Manifestum est enim, Marianum ejusque praedecessorem Henricum ad aliam seriem pertinere ac Franciscum de Domoossolae ejusque praedecessorem Jacobum; revera illi nominantur epi. Sarden., hi Sardanen.; sed et Andreas ejusque successor Joannes nominantur epi. Sardanen. (suffr. Antibaren., non Scardonen. suffr. Spalaten.), hujus autem successor Petrus Matthias epus. Sarden. et Dannen. (Dagnen. s. Daynen.).

[4]) Et absol. Nicolai Rochow O. Praed. 1395 Oct. 27 a S. P. prov., quia infra tempus praescriptum litteras apost. expediri non curavit.

[5]) Monachus maj. mon. s. Salv. O. S. B. dioec. Reatin.

. . . .	**Andreas** (ep. Sarden. et Daynen.)[6]	1402	Gams 415
tr. Andr. ad Arbanen.	**Joannes** de Palumbis[7])	1412 Febr. 10	Jo. XXIII a. 2 Lat. l. pr. f. 190
ob. Joannis	**Petrus** Matthias Pribissa, can. Dannen. (Daynen.)[8])	1428 Julii 23	Mart. V a. 11 Lat. l. pr. f. 190

Sarepten. (Sarepta) in Syria, titul.

jam dudum	**Theodericus** (Kagelwit de Porticz)[1])	1346 Dec. 18	Cle. VI a. 5 (t. 177) ep. 41
. . . .	**Thomas** O. Praem., suffr. Vratislavien.	1349—1387	. . . .
. . . .	**Bartholomaeus** de Dorpato O. Er. s. A.	1390 Mart. 24	Lanteri, Er. Aug. II, 209
ob. Batholomaei	**Jacobus** de Ockenbroge O. Min.[2])	1391 Sept. 14	Cfr. Lat. t. 25 f. 209
. . . .	**Wenceslaus**	. . . .	Bon. IX a. 5 Lat. l. 45 f. 76
ob. Wenceslai	**Jaroslaus** de Bezmyrz (al. de Benesovia) O. Min.[3])	1394 Julii 17	

Saresberien. (Salisbury) in Anglia, suffr. Cantuarien. (4500 fl.)[1])

ob. Herberti (1217)	**Richardus** (the Poor), ep. Cicestren.	1217	
tr. Rich. ad Dunelmen.	**Robertus** de Bingham, el. 1228 Maii 14, cons.	1229 Maii 27	
ob. Rob. (1246 Nov. 2)	**Guilelmus** de York, cons.	1247 Julii 14	
ob. Guil. (1256 Jan. 31)	**Aegidius** de Bridport, cons.	1257 Mart. 11	
ob. Aeg. (1262 Dec. 13)	**Walterus** de la Wyle, cons.	1263 Maii 27	
ob. Walt. (1271 Jan. 3)	**Robertus** de Wychehampton, cons.	1274 Maii 13	Gams 197 et Reg. sacr.
ob. Rob. (1284 Apr. 24)	**Walterus** Scammel, cons.	1284 Oct. 22	Anglic. ed. Stubbs
ob. Walt. (1286 Sept. 26)	**Henricus** de Brandeston, cons.	1287 Junii 1	
ob. Henr. (1288 Febr. 11)	**Guilelmus** de la Corner, cons.	1289 Maii 8	
ob. Guil. (1291 Aug. 14)	**Nicolaus** Longespée, cons.	1292 Mart. 16	
ob. Nic. (1297 Maii 18)	**Simon** de Gent (Gandavo), cons.	1297 Oct. 20	
ob. Sim. (1315 Mart. 31)	**Rogerius** de Mortival, cons.	1315 Sept. 28	
ob. Rog. (1330 Mart. 14)	**Robertus** Wyville, can. Lichefilden.[2])	1330 Apr. 16	Jo. XXII a. 14 (t. 93) ep. 991
ob. Rob. (1375 Sept. 4)	**Radulfus** Erghum, presb. Eboracen., leg. doctor[3])	1375 Oct. 12	Gre. XI Av. t. 26 f. 44
tr. Rad. ad Bathon.	**Joannes** (de Waltham, cons. 1388 Sept. 20), obl. se	1388 Julii 13	Urb. VI Obl. 48 f. 70
ob. Joa. (1395 Sept. 17)	**Richardus** (Metford), ep. Cicestren., obl. se	1395 Nov. 3	Bon. IX Obl. 48 f. 185
ob. Rich. (1407 m. Maio)	**Nicolaus** (Bubbewyth), ep. Londonien.[4]), obl. se	1407 Junii 22	Gre. XII Obl. 57 f. 125
tr. Nic. ad Bathon.	**Robertus** (Hallam), aep. Eboracen.[5])	1407 Oct. 23	Gams 197
ob. Rob. (1417 Sept. 4)	**Joannes** Chaundeler, cons.[6])	1417 Dec. 12	
ob. Joa. (1426 Jul. 16)	**Robertus** Neville, praep. eccl. s. Joa. de Beverlac[7])	1427 Julii 9	Mart. V a. 10 Lat. l. pr. f. 265

Sard(an)en.

[6]) Liberatur 1409 Aug. 8 a solv. comm. serv. ratione commendae mon. s. Sophiae de Zenta O. S. B. dioec. Sardien. sibi a Gre. XII concessae (Cam. 2 f. 32). — A. 1408 quidam **Franciscus** ep. Sarden. suffr. Constantien. egisse dicitur.

[7]) Rector eccl. paroch. s. Joa. de Progano dioec. Plocen.

[8]) Ab Eug. IV Sarden., Sappaten. et Dagnen. ecclesiae ad invicem uniuntur.

Sarepten.

[1]) Monachus mon. in Lenyn (Lehnin) O. Cist. dioec. Brandenburg. Agebat suffr. epi. Ludovici epi. Brandeb. et post ejus obitum (ab a. 1347) suffr. epi. Olomucen., 1351 factus est epus. Slesvicen., 1353 ep. Minden., 1361 aep. Magdeburgen.

[2]) A. 1392 suffr. Tornacen. egisse dicitur; cfr. *Miraei* op. diplom. II, 1032.

[3]) Bacc. in theol., cui 1400 Maii 28 conceditur, ut beneficia eccl. recipere et retinere valeat (Lat. t. 872 f. 145).

Saresberien.

[1]) Hon. III 1218 Mart. 29 epo. et capitulo de Sarum concedit lic. transferendi ecclesiam suam ad alium locum (*Potthast* nr. 5738 et 8193).

[2]) Consecr. 1330 Jul. 15.

[3]) Cons. Brugis in Belgio ab aepo. Cantuar. (assist. Carpentorat. et Ambianen. eppis.) 1375 Dec. 9.

[4]) Die 24 Junii 1407 juram. fidel. in manibus eporum. Lincoln. et Roffen. emittere jussus est (Lat. t. 128 f. 62).

[5]) Die 17 Jan. 1408 juram. fidel. in man. eporum. Cantuar. et London. emittere jussus est (Lat. t. 131 f. 125).

[6]) Cujus, olim decani Saresberien., electio, confirm., consecr. a Mart. V 1418 Jul. 15 ratificatur (Lat. t. 195 f. 109 s.)

[7]) Dioec. Eboracen., mag. in art.; cons. 1427 Oct. 26; trf. ad Dunelmen. a. 1438.

Sarlaten. (Sarlat) in Gallia, suffr. Burdelagen. (700 fl.)[1]

. . . .	**Raimundus** (de Roquecorne)[2])	1318 Julii 2	Jo. XXII a. 2 (t. 68) ep. 1297
tr. Raim. ad s. Pontii	**Bertrandus** (Berengar), abbas mon. s. Tiberii[3])	1324 Nov. 28	Jo. XXII a. 9 (t. 78) ep. 366
ob. Bertrandi[4])	**Arnaldus** (Royardi O. Min.), aep. Salernitan.	1330 Junii 27	Jo. XXII a. 14 (t. 95) ep. 796
ob. Arn. (c. 1334)	**Guilelmus** de Sandreux de Pedeveges O. S. B., el.	1334	Gams 624
ob. Guil. (1338)	**Petrus** (Berenger), thesaur. Laudun., capell. S. P.	1338 Nov. 4	Ben. XII a. 4 (t. 126) ep. 356
ob. Petri	**Itherius** (de Sandreux), adiac. Bergeriaci[5])	1341 Oct. 1	Ben. XII a. 7 (t. 129) ep. 408
ob. Itherii	**Petrus** (de Mayrolles, Porquery)[6]), capell. S. P.	1346 Jan. 9	Cle. VI a. 4 (t. 170) ep. 39
tr. Petri ad Aquen.	**Elias** (de Salignac), praecentor eccl. Forojul., diac.	1359 Maii 10	Inn. VI Av. t. 20 f. 98
rt. Eliae ad Burdegal.	**Austencius** de s. Columba O. Min., mag. theol.	1361 Sept. 24	Inn. VI Av. t. 26 f. 62
ob. Austencii	**Joannes** (de Revaillon), decanus Pictaven.[7])	1370 Oct. 2	Urb. V Av. t. 23 f. 44
ob. Joa. (1396)	**Galhardus** (de Palayrac), ep. Spoletan.	1396 Febr. 28	Ben. XIII a. 2 (t. 321) ep. 56
ob. Galh. (1397 Febr. 21)	**Raimundus** de Bretenoux, can. Anicien., decr. dr.	1397 Oct. 1	Ben. XIII Av. t. 24 f. 63
tr. Raim. ad Petragor.	**Joannes** (Lami O. Min.), ep. Bethleem.	1408 Febr. 27	Ben. XIII Av. t. 54 f. 557
ob. Joa. (1410 Oct. 15)	**Joannes** Arnaldi O. Min., mag. theol.	1411 Jan. 2	Jo. XIII a. 1 Lat. l. 7 f. 168
ob. Joa. (1416 Maii 6)	**Bertrandus** de la Cropte de Lenquais, jam sedet	1416 Oct. 15	Gams 624

Sarnen. (Sarno) in Italia infer., suffr. Salernitan. (66 2/3 fl.)

. . . .	**Rogerius**	1209, 1216	Gams 920
. . . .	**Angelus** dictus Cachavulpe[1])	1254 Nov. 24	Inn. IV a. 12 (t. 23) ep. 396
. . . .	**Joannes** (1265, 1282), **Guilelmus**, sedet	1296	Gams 920
. . . .	**Rogerius**	. . . .	Cle. V a. 6 ep. 504 (6910)
ob. Rogerii	**Rogerius** de Canalibus, can. Salern., el.[2]), conf.	1311 Maii 23[3])	
. . . .	**Jordanus** de Miramonte O. Praed.[4])	1316	. . . .
. . . .	**Nicolaus**	. . . .	Jo. XXII a. 17 (t. 105) ep. 16
ob. Nicolai	**Franciscus** de Perusio O. Min.	1333 Mart. 15	
. . . .	**Neapoleon** O....	. . . .	. . . .
ob. Neapol. (1350)	**Theobaldus,** adiac. Sarnen.	1350 Apr. 16	Cle. VI a. 8 (t. 192) ep. 229
ob. Theobaldi	**Joannes** Sicci Heriotti de Teramo, can. Aprutin.	1372 Nov. 24	Gre. XI Av. t. 11 f. 57
ob. Joannis[5])	**Marcus** (de Teramo), ep. Bretenorien. († 1439)	1418 Dec. 29	Mart. V a. 2 Lat. l. 32 f. 257

Sarsinaten. al. **Sassenaten.** vel **Saxenaten.** (Sarsina) in Italia media, suffr. Ravennat. (50 fl.)

. . . .	**Joachim,** can. s. Fridiani Lucan.[1])	. . . .	. . . .
tr. Joach. ad Faventin.	**Albericus** (1209), † 1221), **Albertus**	1222	Gams 724
ob. Alberti (1229)	**Rufinus** (1230, 1257), **Joannes,** el.	1258	
ob. Joannis (1264)	**Guido** O. Cist., el.	1265	
ob. Gui. (1266 Sept. 1)[2])	**Gratia,** adiac. Ravenn., a S. P.[3]) prov.	1266 Febr. 20	Cle. IV a. 2 (t. 32) ep. 1

Sarlaten.

1) Er. 1317 Aug. 13 e partibus dioec. Petragoricen. exaltando ecclesiam s. Sacerdotis mon. Sarlaten. in cathedr. Cfr. Jo. XXII a. 1 (t. 63) ep. 479 de curia, a. 2 (t. 68) ep. 1284 comm.

2) Abbas mon. Galliacen. O. S. B. dioec. Albien.

3) O. S. B. dioec. Agathen.

4) Non per ejus transl. ad Nemausen., sicut legitur apud *Gams.*

5) In eccl. Petragor.

6) Decanus eccl. s. Pauli Fenolhedesii dioec. Electen.

7) Lic. in leg., corrector litt. apost., S. P. famil. exper. notus.

Sarnen.

1) Nepos Adenulfi domini de Aquino.

2) In disc. cum Matthaeo abb. mon. s. Mariae matris Domini O. S. B. dioec. Salern., qui tamen omni juri ex hac elect. provenienti jam renuntiavit.

3) Hac die citatur ad sedem apost., quod se ingessit administrationi eccl. Sarnen. prius quam debuit. Uterque Rogerius apud *Gams* deest.

4) Rej. Antonio de Ancona O. Min. a cap. el.

5) Secundum *Gams* a. 1408 Franciscus Mormilii ep. Sarnen. ad Caven. translatus est; sed hic Franciscus erat epus. Senen., non Sarnen.

Sarsinaten.

1) Desideratur apud *Gams,* secundum quem Albericus ab a. 1176 usque ad a. 1221 sedebat; sed cfr. Faventin. ad a. 1209.

2) Occisus est (cfr. Reg. Clem. IV nr. 184 et 185).

3) Prius ab aepo. Ravennaten.

ob. Gratiae (1271)	**Henricus**	1271	Gams 724
ob. Henrici (1302)	**Ugucius** de monte Atestino O. Min., el.	1305	
ob. Ugucii (1327)	**Franciscus** (Calboli), pleb. plebis s. Reparatae[4])	1327 Jan. 7	Jo. XXII a. 11 (t. 83) ep. 1364
ob. Francisci	**Joannes** de Nomayo, can. Foroliv., jurisperitus	1361 Sept. 3	Inn. VI Av. t. 26 f. 66
ob. Joannis (1385)	**Marcus,** intrusus[5])	1385	. . . .
	Benedictus (Matteucci Accorselli O. S. B.), obl. se	1386 Aug. 10	Urb. VI Obl. 48 f. 37
ob. Benedicti (1395)	**Jacobus** de s. Severino, mag. gen. Ord. Crucif.	1395 Mart. 29	Bon. IX a. 6 Lat. l. pr. f. 213
res. Jacobi	**Joannes** Philippi (Negusanti), († 1445), obl. se[6])	1398 Oct. 26	Bon. IX Obl. 48 A f. 106

Satrianen. (Satriano) in Italia infer., suffr. Consan. (50 fl.)

. . . .	. . . . adiac. ips. eccl., el., prov.	1222 Febr. 7	Hon. III a. 6 (t. 11) ep. 218
. . . .	**Leo,** rector eccl. s. Nic. de Curia, el., prov.	1267 Julii 28	Cle. IV a. 3 (t. 32) ep. 74
. . . .	**Laurentius** (Loreo)[1])	c. 1284	Gams 865
ob. Laurentii (1303)	**Franciscus,**[2]) el.[3]), prov.	1304 Mart. 4	Ben. XI ep. 451 (526)
. . . .	**(H)arduinus,** post	1314	Gams 865
ob. Ard. (a. s. a. 1332)	**Franciscus** de Spoleto O. Min.[4])	1332 Dec. 2	Jo. XXII a. 17 (t. 104) ep. 335
ob. Francisci	**Joannes,** primicerius eccl. s. Barthol. Neapol.	1348 Dec. 10	Cle. VI a. 7 (t. 188) ep. 220
ob. Joannis	**Angelus** Bartholomaei, clericus Montisflascon.	1369 Julii 17	Urb. V Av. t. 21 f. 165
ob. Angeli	**Guilelmus** de s. Angelo	1388 Aug. 20	Cle. VII Av. t. 50 f. 354
	Thomas, obl. se	1388 Nov. 28	Urb. VI Obl. 48 f. 74
ob. Thomae[5])	**Antonius,** tit. s. Susannae presb. card., *in admin.*	1419 Junii 23	Mart. V a. 4 Lat. l. 57 f. 180
rev. h. admin.	**Andreas** Raguseus O. Praed. († 1439)	1420 Dec. 23	

Saturnien.[1]) — **Savonen.** *v.* **Saonen.**

Savae in Albania (Epiro), suffr. Antibaren., cfr. **Sappaten.**[1])

Scalen. (Scala) in Italia infer., suffr. Amalfitan. (60 fl.)

. . . .	**Constantinus** d'Afflitto	1207, 1223	Potthast nr. 7038
. . . .	**Matthaeus** d'Afflitto	1227, 1269	Gams 921
. . . .	**A.** (1313), **Theodorus** Scacciavento	1328	
. . . .	**Guilelmus** Lombardo O. Praed.	c. 1335	
ob. Guil. (1342)	**Guilelmus** O. Min.	1342	
ob. Guil. (1349)	**Jacobus** Sanzali de Neapoli O. Praed.	1349 Junii 23	Cle. VI a. 7 (t. 187) ep. 246
amot. Jacobi	**Guilelmus** Vaysserie O. Praed. (cf. l. c. t. 32 f. 560)	1384 Aug. 7	Cle. VII Av. t. 31 f. 203
(ob. Jacobi)	**Andreas** (Fusco), obl. se person.	1390 m. Jan.	Bon. IX Obl. 48 f. 93
tr. Andr. ad Ravellen.	**Petrus**	c. 1394	Gams 921
tr. P. el. ad Termulan.	**Petrucius** de Pennis O. Praed.	1395 Dec. 1	Bon. IX a. 7 Lat. l. 62 f. 104
ob. Petr(uci)i (1418)	**Natalis** (Mastini Afflitti), can. ips. eccl., el., prov.	1418 Nov. 23	Mart. V a. 2 Lat. l. 32 f. 155

Sarsinaten.

4) Dioec. Foroliv.; cfr. not. 5 ad Foropopulien.

5) A. 1399 transfertur ad Marsicen.

6) Pro se et praedec. Jacobo et Benedicto. A. 1398 Sept. 6 obtinet facultatem recip. munus consecr. a quocunque antistite et 1401 Febr. 25 absolvitur a censuris, quas incurrit eo quod infra tempus debitum illud nondum recepit (Lat. t. 61 f. 80 t. 90 f. 15).

Satrianen.

1) Die 23 Nov. 1282 Mart. IV Gerhardo epo. Sabinen. et in regno Siciliae apost. sedis legato mandat, ut, cum capit. Satr. post ob. ultimi epi. ad elect. novi non processisse dicatur, ipse illi eccl. hac vice de novo provideat pastore (Reg. Vat. t. 41 f. 109 ep. 24).

2) Rector eccl. s. Blasii de Trajecto.

3) In disc. cum Andrea de Orto O. Praed.

4) Rej. Jacobo Morola apresb. Potentin. el. et conf., qui 1333 ecclesiae Juvenacen. praeficitur in epum.

5) Secundum *Gams* jam 1401, succedente ei hoc anno **Richardo.**

Saturnien.

1) Huic eccl. per ob. **Joannis** vac. 1430 Julii 28 a Mart. V (Arm. XII, 121 p. 252) praefectus est in epum. **Georgius** praepos. eccl. s. Antonii de Nicosia.

Savae.

1) A. 1291 Junii 11 Nic. IV (a. 4 ep. 281 ed. *Langlois* 5338, cfr. Bullar. Francisc. IV, 257, nr. 481) aepo. Antibaren. mandavit, ut electionem de persona **Petri** in epum. Savae factam confirmaret eique munus consecrationis impenderet.

Scapulen. *v.* Scopulen. n. 1.

Scardonen. (Skradin) in Dalmatia, suffr. Spalaten. (100 fl.)

ob. Michaelis (1199)	**Bartholomaeus**	1200, c. 1228	Gams 397
. . . .	**Nicolaus** (1228, 1229), **Bartholomaeus** (O. Min.)	1240	
res. Barthol. (1247)	**Joannes** O. Praed. (cf. Spalaten not. 4)	c. 1248	
. . . .	**Andreas** O. Praed. (c. 1270), **Galvanus** O. Praed.[1]	c. 1282	
. . . .	**Nicolaus** (c. 1285), **Damianus**	c. 1300	
. . . .	**Nicolaus** (O. Praed. aut Min.?)	1315	
. . . .	**Paul(in)us** Draskovich	c. 1320	
ob. Pauli (1320)	**Andreas** (Musculus), cantor eccl. Agien.[2]	1326 Julii 7	Jo. XXII a. 10 (t. 81) ep. 2650
ob. Andr. (c. 1350)	**Joannes**, abbas mon. s. Satyri O. Can. s. A.[3]	1350 Nov. 3	Cle. VI a. 9 (t. 199) ep. 52
	Michael O. Praed., jam statim post ob. Andreae el., conf., cons., nunc prov.[4]	1356 Junii 15	Vet. Mon. Slav. Mer. I, 236, 285, 326
ob. Michaelis	**Franciscus**, ep. Stagnen. et Curz.[5]	1388	Arch. Vat. Camer. t. 1 f. 302
ob. Francisci	**Petrussanctus** (O. Er. s. A.), ep. Acien.	1410 Julii 30	Jo. XXIII a. 1 Lat. l. 7 f. 234
tr. Petrisancti ad Castren.[6]	**Georgius** (O. Min.), ep. Pharen. (non intrat)	1420 Jan. 15	Mart. V Arm. XII, 121 p. 128
	Nicolaus de Spalato (O. Min.)	1426 Apr. 8	ib. f. 198
ob. Nicolai (1428)	**Joannes** de Corona al. Carepa O. Er. s. A.[7]	1428 Oct. 25	Mart. V a. 11 Lat. l. pr. f. 116

Scaren. (Skara) in Suecia, suffr. Upsalen.[1]

ob. Jerpulfi (1201)	**Joannes** Horn (Hyrne), el.	1201	Gams 339
ob. Joannis (1205)	**Bernardus** (1206—1216), **Benedictus**	1217	
ob. Ben. (1230)	**Stenerus** (1231—1237)[2], **Laurentius**[3]	1238, 1255	
ob. Laur. (1257 Oct. 31)	**Waldemarus** (1257?), **Ragvaldus**	1259	
. . . .	**Ulpho** O. Cist. (1263),[4] **Ericus** (Achatius)	1268	
ob. Er. (1278 Jul. 25)	(**S.**) **Bryniolphus**, el.	1278 Aug. 20	
ob. Bryn. (1317 Febr. 6)	**Benedictus** Tunesson, **Ericus**	1321	
ob. Erici (1322)	**Petrus** Laurentii, conf.	1322	
ob. Petri (1336)	**Gunnarus** (Thomae) de Hosaby, can. ips. eccl.	1337 Oct. 22	Ben. XII a. 3 (t. 124) ep. 510
ob. Gunn. (1340 Junii 8)	**Siggo** Jonae Stake	1341	Gams 339
ob. Sigg. (1350)	**Sifridus**[5]), decanus Upsalen.	1352 Julii 9	Cle. VI a. 11 (t. 212) ep. 8

Scardonen.

[1]) Sine licentia sui magistri genlis. se fecit eligi et postmodum consecrari in epum. Scard., quare suspensus et citatus est 1284 Apr. 17 a Mart. IV (a. 4 t. 41 ep. 8 cfr. a. 3 t. 41 ep. 5). Cfr. Vet. Monum. Slav. Merid. I, 99; *Potthast* nr. 22007.

[2]) Jam cons. a. s. a. Rej. Vito Lucae de Spingarolo can. Scardonen. a cap. el.

[3]) Dioec. Bituricen.

[4]) Sed 1360 Jan. 31 per Inn. VI (Av. t. 23 f. 62) ecclesiae Scardonen. „per resign. Joannis vac.", cui tamen iam Michael legitime praeerat, in epum. praeficitur **Guilelmus** de Sarciando O. Praed., qui quidem (detecto errore) a. 1362 transfertur ad Capritan. Apud *Gams* huic Guilelmo et praecedit et succedit Michael; sed de uno eodemque Michaele, qui adhuc a. 1382 sedebat, agitur.

[5]) Prov. ab Urb. VI. Ei jam 80 a. agenti Bogdanus ep. Sibenicen. constituitur coadjutor 1404 Dec. 5 (Lat. 120 f. 111).

[6]) A. 1418 Julii 29 ad eccl. Scardonen. vacantem per ob.... translatus est Nicolaus (Venatoris O. s. Pauli Er.) ep. Cereten.; sed ecclesiam Scard. falsa suppositione vacantem creditam esse sicque Nicolaum ejus possessionem non potuisse obtinere conjicimus; nam ecclesia Scard., cum Nicolaus de Spalato a. 1426 eidem praeficeretur, vacabat per translationem Petrisancti, qui idem ac supradictus et non alter Petrus, sicut legitur apud *Gams*, habendus est. Hic Petrussanctus person. se obligaverat 1401 Mart 24 (Obl. 56 f. 47).

[7]) Prior conv. b. Mariae Brixien. († c. 1431).

Scaren.

[1]) A. 1402 Febr. 9 ecclesiam cathedr. sumptuose et praegrandi aedificio inchoatam et nondum consummatam visitantibus atque manus adjutrices porrigentibus conceduntur indulgentiae (Lat. t. 100 f. 45).

[2]) Greg. IX 1238 Jan. 15 resign. (Steneri) epi. Scaren. senio et infirm. confracti recipi jubet (*Potthast* nr. 10500).

[3]) Cfr. Reg. Alex. IV nr. 1037.

[4]) Cui committ. praedic. Crucis in Suecia 1263 Nov. 12 (Reg. Urb. IV nr. 466).

[5]) Apud *Gams* nominatur Benedictus et tempus, quo successerunt Laurentius et Nicolaus, binis annis posterius indicatur.

ob. Sigfridi	**Laurentius,** praepos. ips. eccl.	1354 Junii 7	Inn. VI Av. t. 7 f. 43
ob. Laurentii	**Nicolaus** (de Kalne), praepos. ips. eccl., el., prov.	1356 Junii 27	Inn. VI Av. t. 12 f. 55
ob. N. (p. 1386 Mart. 25)	**Rudolfus** e ducibus Magnopolen. (Mecklenburg)	1387 Mart. 20	Urb. VI Obl. 48 f. 48
tr. Rud. ad Zwerin.	**Thorstanus,** adiac. ips. eccl.	1391 Apr. 13	Bon. IX a. 2 Lat. l. pr. f. 261
res. Thorstani	**Bryniulphus** (Carlsson), praepos. ips. eccl.[6])	1405 Mart. 23	Inn. VII a. 1 Lat. l. mixt. f. 62
res. Bryniolphi[7])	**Siggo** Uddonis (Uddsson), adiac. ips. elccl.	1424 Junii 5	Mart. V a. 7 Lat. l. pr. f. 138

Sc(h)arpaten. (Karpatho) in ins. cognom., suffr. Creten.[1])

. . . .	**Nicolaus** (Zenetro O. Er. s. A.), sedet	1317	Jo. XXII a. 10 (t. 81) ep. 162
ob. Nicolai[2])	**Nicolaus** de Machilona O. Min.[3])	1326 Maii 26	
. . . .	**Nicolaus** Sorbolus O. Carm.	. . . .	. . . .
ob. Nic. (1368 Sept. 25)	**Dominicus** de Firmo O. Er. s. A.	1373 Apr. 6	Gre. XI a. 3 (t. 272) f. 66
ob. Dominici	**Nicolaus** Abrahae O. Praed.	1399 Nov. 19	Bon. IX a. 11 Lat. l. pr. f. 105
. . . .	**Stephanus** (de Firmo O. Er. s. A.), ep. Corbavien.	1406 Febr. 1	Inn. VII Lat. t. 125 f. 223
. . . .	**Stephanus** (Duymi), ep. Corbavien.	1408 Oct. 15	Gre. XII Lat. t. 131 f. 188

Schalloten. *v.* **Skalholten.** — **Scenien.** *v.* **Signen.**

Scodrien. (Scodra) in Epiro, suffr. Antibaren. (cfr. **Polaten.** not. 1 et 3 ac **Scutaren.** not. 1).

ob. ultimi epi.	**Joannes** O. Praed., jam cons. a. s. a.	1345 Julii 4	Cle. VI a. 4 (t. 169) ep. 10
. . . .	**Gregorius,** sedet (triennio jam exacto)	1351	Gams 413 s. v. Pullaten. min.
. . . .	quidam ep. „Scedonen. et Scordrinen." sedet	1364, 1372	. . . .
. . . .	**Nicolaus** Ferentini O. . . . ,[1]) **Petrus**[2])	. . . .	. . . .
. . . .	**N. N.,** tr. ad Canuacen. (?) in Graecia	1414 Apr. 30	Jo. XXIII Arm. XII, 121 p. 83
. . . .	**Duscus** (Dusmanus), sedet	1427	Gams 413

Scopien. (Scopia, Üsküb, Skoplje) in Albania, olim suffr. Tirnovitan.

. . . .	**Marinus**	1204	Vet. Mon. Slav. Mer. I, 24
. . . .	**Joannes** (Strote) O. Praed.[1])	1327 Febr. 5	Jo. XXII a. 11 (t. 82) ep. 996
ob. Joannis	**Fridericus** de Retersbecke O. Min.	1351 Junii 8	Cle. VI a. 10 (t. 206) ep. 44
ren. Friderici	**Joannes** Kaiode O. Er. s. A.	1352 Mart. 14	ib. f. 87
ob. Joannis	**Joannes** de Siberg, monachus m. Veterismontis[2])	1354 Oct. 23	Inn. VI Av. t. 7 f. 50
. . . .	**Hermannus** (suffr. Magunt.)	(1389, 1392)	Bon. IX a. 11 Lat. l. pr. f. 122
ob. Hermanni	**Antonius** de Teramo O. Min. (Lat. t. 79 f. 137)	1400 Julii 5	
	Robertus Towta, monachus de Dowlyswell[3])	1402 Aug. 12	Bon. IX a. 13 Lat. l. 146 f. 169
. . . .	**Albertus**[4])	. . . .	. . . .

Scaren.

6) Obl. se person. pro se et praedec. Thorstano et Rudolfo 1405 Mart. 29 (Obl. 57 f. 81 cfr. Lat. t. 128 f. 103).

7) Secundum *Gams* per ob. Bryn. a. 1430;

Sc(h)arpaten.

1) Haec series desideratur apud *Gams*.

2) Qui in terra Venetiarum decessit; Venetiis quoque Nicolaus Sorbolus obiit ibidemque apud fratres suos sepultus est.

3) Is, cui 1326 Jun. 6 conceditur facultas recip. munus consecr. a quoc. antist. cath. (*Mollat* nr. 25564), 1334 commorabatur Avinione.

Scodrien.

1) Liberatur a solv. serv. comm. propter paupert. 1399 Jun. 6 (Bon. IX obl. 48 A f. 116). — Hic et qui sequitur Petrus nominatur l. c. epus. Pulaten.; sed cum in serie Pulaten. maj. ei non sit locus, uterque hic in serie Scodrien. vel Pulaten. min. reponitur.

2) Cui 1400 Mart. 23 mon. Triumfontium O. Cist. dioec. Agrien. (vac. per ob. Ladislai abb.) datur in comm. a Bonif. IX (a. 11 Lat. lib. prov. f. 52).

Scopien.

1) Supradicta die aepo. Colonien., ad cujus instantiam nuper promotus est, commendatur. Ex litteris 1328 Julii 21 a Joa. XXII (a. 12 t. 88 ep. 3274) ad aepum. Colonien. datis apparet, Joannem epum. Scopien. petiisse, ut sibi sicut Joanni epo. Scopulen. praedecessori suo (in officio suffrag. aepi. Colonien.) curtis s. Cyriaci dioec. Colonien. monasterio Sibergen. O. S. B. immediate subjecta concederetur, cum alias juxta status sui episc. decentiam non posset sustentari.

2) O. Cist. dioec. Colon., bac. in theol. (suffr. Colonien., Magdeburgen. Magunt.), † 1384 Sept. 30 in suo mon.

3) (Dunkeswell) O. Cist. dioec. Exonien.

4) Gre. XII pro eo ad certas orbis partes destinato petit salvum conductum 1410 Apr. 20 (Reg. Vat. t. 337 f. 142 cfr. Vet. Mon. Slav. Merid. I, 347). Cfr. *Gams* 417.

Scopulen. (Skopuli) in Thracia, suffr. Adrianopol.[1])

Scutaren. (Scutari) in Epiro, suffr. Antibaren.[1])

. . . .	**Petrus**, adfuit synodo Dioclien. (Antibaren.)	1199	Gams 418
. . . .	**Stephanus**, resignat	1303 Nov. 18	Ben. XI ep. 136 (146)
. . . .	**Miroslaus** (Michael, 1307), **Theodericus**,[2]) **Petrus**	ante 1331	Gams 418
ob. Petri[3])	**Marcus**, can. Antibaren.[4]), el., prov.	1346 Aug. 20	Cle. VI a. 5 (t. 173) ep. 37
. . . .	**Mar(t)inus**	. . . .	Urb. V Av. t. 15 f. 55
ob. Martini	**Antonius** de Saluciis O. Praed.	1367 Apr. 23	
. . . .	**Franciscus**	1388 Maii 4	Urb. VI Obl. 48 f. 68
. . . .	**Henricus** O. Min. (1390),[6]) **A(n)druinus**, sedet	1398	Gams 418
. . . .	**Christophorus** (O. Er. s. A.), obl. se person.[7])	1401 Junii 10	Bon. IX Obl. 57 f. 68
tr. Christ. ad Polygnian.	**Migliarinus** (Meliorinus) Manfredi O. Min.[8])	1401 Dec. 14	Bon. IX a. 13 Lat. l. pr. f. 126
. . . .	**Bartholomaeus** (O. Er. s. A., ep. Calven.)	. . . .	Bon. IX a. 14 Lat. l. pr. f. 283
tr. Barth. ad Bivinen.	**Proganus** Pintzenago, can. ips. eccl.[9])	1403 Aug. 24	
. . . .	**Joannes**, obl. se[10])	1407 Mart. 19	Gre. XII Obl. 57 f. 118

Sebasten. (Sebaste) in Armenia, suffr. Tarsen.[1]) (58 fl.)

. . . .	**Hugo**, capell. S. P. et admin. eccl. Sebast.[2])	1257 Dec. 22	Alex. IV a. 4 (t. 25) ep. 2
. . . .	**Bernard(in)us**	. . . .	. . . .
tr. Bern. ad Naxien.	**Jacobus**	c. 1330	Cle. VI a. 5 (t. 177) ep. 5
tr. Jac. ad Milevitan.	**Jacobus** de Nicosia O. Praed.	1346 Junii 26	
ob. Jacobi	**Everardus** de Westerheim O. Praed.[3])	1362 Jan. 26	Inn. VI Av. t. 28 f. 138
. . . .	**Petrus**	. . . .	Bon. IX a. 7 Lat. l. 62 f. 33
ob. Petri	**Umbertus** Bindi de Curtisbrachiis O. Serv.	1395 Dec. 22	
. . . .	**Matthaeus**	. . . .	Bon. IX a. 14 Lat. l. pr. f. 280
ob. Matthaei	**Marinus** de s. Marino O. Min.[4])	1403 Julii 4	
ob.	**Jacobus** de Maxilleio O. Can. s. A.	1411 Oct. 19	Jo. XXIII Arm. XII, 121 p. 53
. . . .	**Joannes**	. . . .	Jo. XXIII a. 2 Lat. l. pr. 204
ob. Joannis	**Eberhardus** O. Min. (cfr. Lat. t. 158 f. 268)	1412 Mart. 17	et t. 158 f. 268
. . . .	**Guilelmus**	. . . .	Jo. XXIII a. 3 Lat. l. pr. f. 286

Scopulen.

1) Huic eccl. per ob. **Pauli** vac. a Cle. V (a. 3 ep. 135 ed. *Mon. Ben.* 2444) 22 Nov. 1308 praefectus est in epum. **Joannes** de Constantia O. Praed., poenit. apost., qui suffr. aepi. Colonien. agens obiit 17 Oct. 1321. Cfr. Scopien. not. 1.

Scutaren.

1) Haec eccl. (falso tamen) eadem esse dicitur ac Scodrien.

2) Qui 1322 Nov. 1 Avinione quasd. indulg. largitur; agebat suffr. Hildeshemen.

3) De Joanne Pascal O. Carm., qui apud *Gams* inter Petrum et Marcum ponitur, cfr. Landaven. n. 4.

4) Jam cons. a. s. a. Ei Cle. VI die 19 Dec. 1346 quaedam beneficia eccl. concedit, quousque bona sui epatus. recuperavit. Cfr. Vat. Mon. Slav. Merid. I, 218.

5) Hac die propter paupert. liberatur a solv. communi servitio.

6) Jam 1382 (?) epi. Hildeshemen. et 1400 epi. Brandeburgen. suffr. egisse dicitur.

7) Pro se et Andruino atque Henrico.

8) Obl. se person. 1401 Dec. 23 pro se et Adruino atque Henrico praedec. (Obl. 57 f. 78 cfr. Lat. t. 100 f. 81).

9) Obl. se person. 1403 Oct. 8 (Obl. 57 f. 59).

10) Pro se et praedec. Progano, Melliorino, Henrico. Andruino. Ei 1407 Mart. 13 a Greg. XII, ut a quocunque maluisset antistite munus consecr. recipere posset, indultum (Lat. t. 128 f. 185) atque 1427 Dec. 23 eidem jam tribus annis in sua eccl. non residenti Marinus Teldi de Venetiis O. Praed. constitutus est administrator a Mart. V (a. 11 Lat. l. pr. f. 157).

Sebasten.

1) Haec eccl. non est confundenda cum Sebasten. in Palaestina, cujus quidem nostri temporis epi. sunt ignoti vel inter supra nominatos requirendi. — Innoc. III 1210 Mart. 30 aepo Heracleen. et Cardicen ac Thermopylen. eppis. mandat, ut epum. Sebasten. a custodia monasteriorum Montis sancti (Athos?) amoveant et alium in ejus locum substituant (*Potthast* nr. 3952).

2) Can. s. Sepulchri Hierosol., praef. ab Odone epo. Tusculan., confirm. 1257 Febr. 16 (Reg. Alex. nr. 1151—1153).

3) Suffr. Colonien. († 1392 Dec. 6).

4) A. 1404 **Udalricus** ep. Sebasten. suffr. Augusten. Vindel. agebat, † 1407 Nov. 6, sepultus in eccl. mon. Caesarien. (*Kaisersheim*) O. Cist. dioec. Aug.

ob. Guilelmi	**Zenobius,** abbas mon. s. Mariae de Fabrero[5])	1413 Mart. 22	Jo. XXIII a. 3 Lat. l. pr. f. 286
. . . .	**Fernandus**	. . . .	Mart. V a. 8 Lat. l. 108 f. 74
ob. Fernandi	**Joannes** de s. Facundo O. Min.	1425 Maii 25	
ob.	**Nicolaus** de Camerandis[6])	1433 Febr. 18	Acta consist. 1409/33 f. 246

Sebastopolen. al. **Sevastopolen.** in Chersoneso, suffr. Soltanien.

. . . .	**Bernardus** Moreti	. . . .	Jo. XXII a. 13 (t. 92)
ob. Bernardi M.	**Petrus** Geraldi O. Praed.[1])	1329 Aug. 9	ep. 3163
. . . .	**Robertus** Hyntlesham, suffr. Norwicen.	1388, 1389	Reg. sacr. Anglic. ed. Stubbs
. . . .	**Gothus**	. . . .	Bon. IX a. 12 Lat. l. pr.f.121
ob. Gothi[2])	**Nicolaus** Passek O. Praed.[3])	1401 Dec. 23	
. . . .	**Joannes**	. . . .	Mar. V a. 11 Lat. l. pr. f. 96
ob. Joannis	**Paulus** Francisci de Capha O. Min.	1428 Julii 22	

Sebenicen. *v.* **Sibenicen.**

Secovien. (**Seckau**) in Styria, suffr. Salzeburgen. (600 fl.)[1])

. . . .	**Carolus** (praepos. Frisacen.), jam el.	1218 Sept. 25	Gams 310 et Lang., Acta Salzburgo-Aquilej. I
ob. Car. (1230 Dec. 14)	**Henricus** (praepos. Solien.), successit	1231 m. Aug.	
ob. Henr. (1243 Oct. 7)	**Ulricus** (de Stadeck, protonot. ducis Austriae)[2])	1244 m. Jan.	
ob. Ulr. (1268 Junii 6)	**Bernhardus** (Wernhardus), el. ante	1268 Nov. 2	
ob. Bern. (1283 Jan. 20)	**Leopoldus,** cons.	1283 Mart. 7	
ob. Leop. (1291 Dec. 13)	**Henricus**	1292	
ob. Henr. (1297 Febr.27)	**Ulricus** de Paldau	1297	
ob. Ulr. (1308 Febr. 3)	**Fridericus** Mitterskirchen, cons.	1308 Apr. 6	
ob. Frid. (1318 Aug. 23)	**Wocho** (Bocho), el.	1318	
ob. Woch. (1334 Oct. 30)	**Henricus** de Burghausen	1334	
ob. Henr. (1337 Jul. 13)	**Rudmarus** Haider de Haideck	1337	
ob. Rud. (1352 Sept. 28)	**Ulricus** de Weisseneck,[3]) el. 1353, conf.	1355 Oct. 30	Reg. Vat. t. 229 f. 207 ep. 1293
ob. Ulr. (1371 Mart. 25)	**Augustinus** (Münzmeister) de Brisaco O. Er. s. A.[4])	1372 Apr. 26	Gre. XI a. 2 Av. t. 14 f. 154
ob. Aug. (1380 Mart. 25)	**Joannes** de Neuberg,[5]) cons. ante	1380 Sept. 30	Gams 311
ob. Joa. (1399 Junii 10)	**Fridericus** de Perneck	1399	
ob. Frid. (1414 Sept. 4)	**Sigmarus** de Hollneck	1415	
ob. Sig. (1417 Junii 15)	**Ulricus** de Albeck, ep. Verden.	1417 Dec. 15	Mart. V Arm. XII, 121 p. 94

Sebasten.

[5]) O. S. B. dioec. Florentin.

[6]) Prior pr. Vallis scholarum O. S. A., quem pr. retinet in comm.

Sebastopolen.

[1]) Cfr. Vat. t. 92 ep. 3301 et t. 93 ep. 663. Hic 1329 Aug. 29, quo die munus consecr. obtinuisse videtur, a S. P. unum annulum cum saphiro recipit (*Schaefer*, Lib. expens. Joannis XXII p. 771).

[2]) Et absol. **Bertholdi** de Rottweil O. Praed., qui infra tempus debitum litteras apost. expediri non curavit. Cfr. Lat. t. 67 f. 28, t. 80 f. 261, t. 100 f. 210; Reg. epporum Constantien. III nr. 7799.

[3]) Obtinet facult. exerc. pontif. extra suam dioec. (Lat. t. 100 f. 211).

Secovien.

[1]) Hon. III (a. 2 ep. 741 ed. *Press.* 897) 1217 Dec. 2 de hujus eccl. erectione ab Eberhardo aep. Salzeburg. proposita inquiri jussit et, cum compertum esset, ipsa erectione non derogari ecclesiae Salz., 1218 Junii 22 (ib. ep. 1209 ed. *Press.* 1461) aepo. Salzeb. concessit facultatem creandi in eccl. Secov. novum epatum.

[2]) A. 1256 ad eccl. Salzeburgen. translatus remanet *admin.* Secovien., die autem 29 Nov. 1265, postquam cessit aepatui. Salzeb., iterum *epus.* Secovien. fit (Clem. IV a. 1 t. 32 ep. 173).

[3]) Praepos. de Högelwert O. S. A., cfr. not. 7 ad Gurcen.

[4]) Poenit. apost. Die 11 Maii 1372, tunc jam consecr., a S. P. recommend. Carolo imper. Rom., Alberto et Leopoldo ducibus Austriae, Stephano duci Bavariae et aepo. Salzeburgen. — Hoc autem, qui sua auct. Joannem de Neuberg (Neiperg) rect. paroch. eccl. in Lauffen ecclesiae Secov. praefecit in epum., mandante vel saltem consentiente ipse intrusus et nonnulli alii complices (milites laici) nuntios illius Aug. epi. ad eccl. Secov. pro ejus possess. adipisc. missos in itinere captivarunt et litteris super ipsa provis. confectis spoliarunt. Quare S. P. contra eos 1372 Aug. 25 (litteris ad Joannem patr. Alexandrin.) et Sept. 30 (litt. ad eppos. Curien. et Brixinen.) ac Oct. 23 (litt. ad praed. patriarcham et epum. Brixinen. directis) procedi jubet, die vero 31 Oct. 1372 praedictos imper. et duces atque alios hortatur, ut pro liberandis illis nuntiis vires suas interponant. Die denique 15 Sept. 1373 aepum. Salzeb. monet, ut praedictum Joannem de Neuberg (qui tandem defuncto Aug. epo. ejus successor fit) ejusque complices ad satisfac. eidem Aug. epo. de omnibus damnis, injuriis, expensis ei erogatis compellat (*Lang* l. c. nr. 888—890, 896, 900, 902, 904, 905).

[5]) Cfr. not. 9 ad Gurcen.

Sedunen. (Sitten, Sion) in Helvetia, suffr. Tarentasien. (2000 fl.)

. . . .	**Anthelmus** (Nanthelmus)	1198, 1203	Gams 313
. . . .	**Guilelmus** de Saillon (1203), **Landrus** de Mont	1206	
res. Landri[1])	**Boso** de Gradetsch (Grange)	1237 m. Nov.	
ob. Bos. (1243 Jan. 31)	**Henricus** de Raron (Rarogne)	1243	
ob. Hen. (p. 1271 Apr. 19)	**Radulfus** de Valpelline	1271 m. Junio	
ob. Rad. (1273 m. Jul.)	**Petrus** de Horons (Oron), can. Lausan.[2])	1273 m. Dec.	
ob. Petri (1287)[3])	**Bonifatius** de Challant, capell. S. P.[4])	1289 Dec. 15	Nic. IV a. 2 ep. 667 (1783)
ob. Bon. (1308 m. Jun.)	**Aimo** (de Chatillon)	1308 m. Julio	Gams 313
ob. Aim. (1323 Jul. 16)	**Aimo** (de Thurn), can. ips. eccl. capell. S. P.	1323 Nov. 24	Jo. XXII a. 8 (t. 76) ep. 256
ob. Aim. (1338 Apr. 24)	**Philippus** (de Gaston), adiac. Ganden.[5])	1338 Maii 22	Ben. XII a. 4 (t. 125) ep. 52
tr. Phil. ad Nicosien.[6])	**Guichardus** Tavelli, can. Gebennen., clericus	1342 Sept. 25	Cle. VI a. 1 (t. 152) ep. 64
ob. Guich. (1375 Aug. 8)	**Eduardus** (de Savoia-Achaya), ep. Bellicen.	1375 Nov. 27	Gre. XI Av. t. 26 f. 49
tr. Ed. ad Tarentasien.	**Guilelmus** (de la Baulme S. Amour)[8])	1386 Apr. 27	Cle. VII Av. t. 41 f. 96
ob. Guilelmi	**Humbertus** (de Billens), clericus	1389 Febr. 7	Cle. VII Av. t. 50 f. 337
res. Humberti	**Henricus** de Blanches de Vellate[8])	1392 (?)	Gams 313
res. Henrici[9])	**Guilelmus** le Bon de Raron, obl. se	1394 Jan. 23	Bon. IX Obl. 48 f. 156
ob. Guil. (1402 Maii 27)	**Guilelmus** de Rarognia, can. ips. eccl., minor.	1402 Julii 12	Bon. IX a. 13 Lat. l. 146 f. 135
expuls. Guil. († 1431)	**Andreas** (Benzis de Goalda)[10]) *in admin.*[11])	1418 Junii 6	Gams 313

Segnien. *v.* **Signen.** — **Segnin.** *v.* **Signin.**

Segobien. al. **Segovien.** (Segovia) in Hispania, suffr. Toletan. (1320 fl.)

ob. Gundisalvi (1211)	**Gerardus**[1])	1214	Gams 70
ob. Gerardi (c. 1224)	**Bernardus,** mag.[2]), jam el. et conf.	1224 Oct. 10	Hon. III a. 9 (t. 13) ep. 27, 79
ob. Bern. (1248)	**Rodericus,** el.	1248	Gams 70
ob. Roder. (1249)	**Raimundus** Losanna O. Praed.	1249	
tr. Raim. ad Hispalen.	**Martinus** O. Min.	1260	
ob. Mart. (1265)	**Ferdinandus** Velasquez, el.	1265 Jan. 26	
ob. Ferd. (1277 Jan. 20)	**Rodericus** Tello, abbas de Cervatis[3])	1279 Jan. 5	Nic. III a. 2 (t. 39) ep. 4
tr. Rod. ad Terracon.	**Blasius,** adiac. ips. eccl., el., prov.	1289 Dec. 13	Nic. IV a. 2 ep. 697 (1870)
ob. Blasii (1300 Jan. 21)	**Fernandus** (Sarrazin),[4]) el., prov., cons. a. s. a.	1301 Apr. 17	Bon. VIII a. 7 (t. 50) ep. 116

Sedunen.

[1]) Quam recepit Gre. IX (a. 10 t. 18 ep. 70) 1236 Maii 5.

[2]) Erat in disc. el. cum Henrico, sacrista eccl. Sedunen., jam confirm., quum Gre. X (a. 2 t. 37 ep. 43) 29 Jan. 1274 super hac electione inquiri juberet.

[3]) Et resign. Aimonis de Quarto, praepositi Lausan. (cfr. Reg. Nic. IV a. 3 ep. 159 ed. *Langlois* nr. 2664), in disc. cum mag. Joanne de Legibus can. Aurelian. (interim †) el.

[4]) Consecr. ab ipso S. P. 1290 Mart. 18; cfr. Nic. IV a. 3 ep. 73 (2451).

[5]) In eccl. Tornacen., legum prof.

[6]) Non ad Nicien. (Nizza), sicut legitur apud *Gams.*

[7]) Abbas mon. s. Eugendi Juren. O. S. B. dioec. Lugdun.

[8]) Die 5 Febr. 1389 (!) Urb. VI Henrico epo. Sedunen concedit facult. absolv. Eduardum olim epum. aliasque personas dioec. Sedunen. ad suam obed. redeuntes a censuris, quas adhaerendo antipapae incurrerunt (Reg. Vat. t. 311 f. 274).

[9]) Ei „epo. olim Sedunen." 1391 Nov. 25 mandatur, ut Guilelmum de Raronia olim can. Sedunen., qui aliquamdiu Clementi VII adhaerebat, sed nunc ad obed. Bon. IX redire desiderat, a censuris quas incurrit absolvat et habilitet etiam ad dign. epalem. obtinendam; hic Guilelmus jam 25 Febr. 1392 electus Sedunen. nominatur et 1392 Oct. 29 obtinet facultatem recipiendi munus consecr. a quocunque antistite (Lat. t. 25 f. 133, t. 24 f. 32 et 217).

[10]) Olim aep. Colocen. et Theban. (postea ep. Symbolien).

[11]) Quem admin. Mart. V 1418 Aug. 20 Bernensibus, Friburgensibus, Turicensibus et Lucernensibus commendat (Lat. t. 189 f. 67 s. et t. 302 f. 143).

Segobien.

[1]) Eo impedito, quominus ecclesiae suae pastoralem curam exhibeat, ipsius administratio ab Hon. III (a. 5 ep. 124 ed *Press.* 2714) committitur aepo. Toletan. 1217 Mart. 11 et 1220 Sept. 22; secundum *Gams* dicti epi. coadjutor erat Lupus de Haro. Cfr. *Potthast* nr. 25844.

[2]) Die 3 Apr. 1225 obtinet facultatem aliquamdiu retinendi beneficia ante promotionem obtenta (Hon. III l. c. ep. 252—255).

[3]) In eccl. Burgen.

[4]) Sacrista eccl. Burgen., can. Segob.

ob. Ferd. (1318 Oct. 17)	**Benedictus** Perez	. . . . . .	Gams 70
ob. Ben. (1319 Oct. 27)	**Amatus,** sedet	1320	
ob. Am. (1321)	**Petrus** de Cuellar, sedet	1324 Mart. 20	
ob. Petri	**Valascus,** adiac. de Altarazio in eccl. Toletan.	1351 Maii 30	Cle. VI a. 10 (t. 206) ep. 12
ob. Valasci	**Petrus,** adiac. Toletan., diac.	1352 Febr. 13	ib. ep. 76
ob. Petri[5])	**Gundisalvus** O. Min.	1355 Nov. 27	Inn. VI Av. t. 9 f. 101
ob. Gundisalvi	**Joannes** (Lucero), ep. Salamantin.	1361 Junii 18	Inn. VI Av. t. 26 f. 53
ob. Joannis	**Martinus** (Cande), decanus Toletan.	1364 Junii 10	Urb. V Av. t. 7 f. 119
ob. Martini	**Joannes** (Sierra), ep. Aurien.	1370 Oct. 3	Urb. V Av. t. 23 f. 49
ob. Joa. (1374 Febr. 16)	**Gundisalvus,** adiac. Segob., bacc. decr., el., prov.	1374 Apr. 26	Gre. XI a. 4 (t. 273) f. 62
ob. Gundisalvi	**Hugo** de Lamanhania, can. Narbonen., leg. doctor[6])	1374 Julii 21	Gre. XI Av. t. 21 f. 66
tr. Hug. ad Cavallicen.	**Joannes** Serrani, prior saec. eccl. b. Mariae[7])	1388 Oct. 15	Cle. VII Av. t. 50 f. 369
tr. Joa. ad Seguntin.	**Gundisalvus** (de Bustamente), thesaur. Toletan[8])	1389 Dec. 22	Cle. VII Av. t. 58 f. 7
ob. Gund. (1392 m. Jul.)	**Alfonsus** (Frias), dec. Segob., bacc. decr., el., prov.	1392 Oct. 16	Cle. VII a. 14 (t. 303) f. 24
ob. Alf. (1394)	**Alfonsus** (Correa), ep. Egitan.	1394 Nov. 4	Ben. XIII Av. t. 3 f. 37
ob. Alf. (1398 Maii 15)	**Joannes** (Vasquez Cebeda), adiac. Hispalen. († 1435)	1398 Junii 17	Ben. XIII Av. t. 27 f. 152

Segobricen (Segorve) et **s. Mariae de (Al)barrazino** (Albarracin) in Hispania, suffr. Caesaraugustan. (1000 fl.)[1])

ob. Martini (c. 1212)	**Hispanus,** sedet	1213	Gams 68, 69
ob. Hisp. (1215 Dec. 11)	**Joannes** Aegidii (1216, 1222), **Dominicus** (O. Cist.)	1223	
ob. Dom. (1234)	**Guilelmus** (1235, 1238), **Eximinus** (O. Cist.)	1245	
. . . .	**Petrus** Garcés (O. Cist.)[2])	1247, 1258	
(ob. Petri † 1472)	**Petrus** Ximenez de Segura, el.	1272 Febr. 26	
ob. Petri (1277 Oct. 31)	**Michael** Sanchez (1278)[3]), **Aparicio**	1288	
ob. Apar. (1301)	**Antonius** Munnoz (1302, † 1318), **Sanctius** Dull	1319	
ob. Sanctii (1356)	**Elias,** praeceptor domus s. Ant. de Albaterra[4])	1356 Dec. 5	Inn. VI Av. t. 14 f. 98
ob. Eliae (1362)	**Joannes** (Martinez de Barcelona)[5]), el., prov.	1362 Aug. 26	Inn. VI Av. t. 28 f. 137
tr. Joa. ad Oscen.	**Enecus** (Valterra), ep. Gerunden.	1369 Mart. 3	Urb. V Av. t. 20 f. 153
tr. En. ad Terracon.	**Franciscus** (Rafardi O. Min.), el. Famagustan.[6])	1380 Maii 28	Cle. VII Av. t. 19 f. 66
	Didacus Petrus (de Heredia)[7])	1384 Dec. 23	Cle. VII Av. t. 36 f. 43
tr. Did. ad Vicen.	**Franciscus** (Riquer y Bastero O. Min.), ep. Vicen.	1400	Gams 69
ob. Franc. (ex. a. 1409)	**Joannes** (de Tahust, O. Min.), ep. Oscen.	1410 Maii 5	Ben. XIII Av. t. 58 f. 39
ob. Joa. (1427)	**Franciscus** (Aguilon), sacrista eccl. s. Eulaliae[8])	1428 Apr. 14	Mart. V a. 11 Lat. l. pr. f. 62

Segobien.

5) Non per ejus transl. ad Colimbrien.; ad hanc eccl. 1358 transfertur Petrus ep. Seguntin.

6) Subdiac. Die 15 Maii 1387 obligavit se quidam **Franciscus** ut ep. Segobien. ab Urb. VI praefectus (Obl. t. 48 f. 51); hic in Curia Rom. commorabatur, sed 1396 Apr. 8 a Bon. IX deponitur et privatur, eo quod cum quibusdam nuntiis Ben. XIII conjuravit (Vat. t. 315 f. 53). Cfr. Segobricen. ad a. 1380.

7) De Guadeloupe dioec. Toletan.

8) Leg. doctor.

Segobricen.

1) A. 1247 Apr. 12 Inn. IV (a. 4 ep. 521 ed. *Berger* 2518) confirmavit erectionem ecclesiae s. Mariae de Alb. in cathedr. ab Inn. III factam eique ecclesiam Segobr. adjunxit. Cfr. Alex. IV a. 5 (t. 25) ep. 96 et Nic. IV a. 3 ep. 49 (419)). — Die 27 Febr. 1217 Hon. III epo. s. Mariae de Barrazin unacum epo. et adiac. Seguntin. quasdam exequenda commisit (*Potthast* nr. 25825). — Cfr. not. 1 ad Seguntin.

2) Innoc. IV 1248 Apr. 2 epum. et adiac. Valentin., qui epum Segobricen. de ejus ecclesia ejecerunt, compelli jubet, ut ei infra 3 menses debitam impendant satisfactionem (*Potthast* nr. 12906).

3) Obiit a. 1288 in exilio, in quo jam per quatuor annos constitutus erat; interim erat **Petrus** Zacosta intrusus eccl. Segobr.

4) O. S. A. dioec. Petragor., decr. doctor, capell. S. P.

5) Adiac. Caesaraug. O. Can. s. A., decr. doctor.

6) Qui idem esse videtur atque ille Franciscus, de quo Segobien. not. 6.

7) Abbas saec. eccl. s. Felicis Gerunden., lic. in leg.

8) Majoricen., in min. const.

Seguntin. (Siguenza) in Hispania, suffr. Toletan. (2600 fl.)

ob. Roderici (1218)	**Lupus** (1221, 1237), **Ferdinandus**	1239, 1246	Gams 74
. . . .	(**Petrus**, can ipsius eccl.), el., prov.	1251 Febr. 20	Inn. IV a. 8 ep. 378 (5112)
. . . .	**Andreas** (1265, 1267), **Lupus**	1269	Gams 74
. . . .	**Martinus** Gometii, decanus Burgen.[1]	1275 Maii 20	Gre. X a. 4 (t. 37) ep. 31
ob. Martini	**Gundisalvus**, adiac. Valentin., el., conf., prov.	c. 1286	Nic. IV a. 1 ep. 207 341
ob. Gundisalvi[2]	**Garsias** (Martinez), adiac. de Majorica[3]	1288 Sept. 29	cfr. a. 2 ep. 55 (722)
ob. Garsiae	**Joannes**, adiac. Burgen.[4], jam cons. a. s. a.	1300 Junii 3	Bon. VIII a. 6 (t. 49) ep. 212
. . . .	**Simon** de Cisneros	1301	Gams 74
ob. Simonis (1326)	**Arnaldus**[5], decanus Seg., el., conf., cons., prov.	1326 Nov. 17	Jo. XXII a. 11 (t. 83) ep. 1421
ob. Arnaldi	**Alfonsus** Petri de Zamora O. Praed.	1329 Jan. 23	Jo. XXII a. 13 (t. 91) ep. 2019
. . . .	**Petrus**	c. 1335	Gams 74
tr. Petri ad Palentin.	**Gundisalvus** (de Aguilar), ep. Conchen.	1342 Julii 18	Cle. VI a. 1 (t. 147) ep. 29
tr. Gund. ad Compostell.	**Petrus** (Gomez Barroso), decanus Toletan.[6]	1348 Aug. 14	Cle. VI a. 7 (t. 187) ep. 100
tr. Petri ad Colimbr.	**Joannes**, ep. Giennen.	1358 Oct. 5	Inn. VI Av. t. 18 f. 323
tr. Joa. ad Burgen.	**Joannes**, abbas de Salis in eccl. Burgen.	1361 Junii 18	Inn. VI Av. t. 26 f. 39
ob. Joannis	**Joannes** (Garcia Manrique), ep. Aurien.	1375 Oct. 5	Gre. XI Av. t. 25 f. 471
tr. Joa. ad Burgen.	**Joannes**, ep. Giennen	1381 Aug. 20	Cle. VII Av. t. 21 f. 18
tr. Joa. ad Palentin.	**Lupus** Roderici de Villalobos, can. Toletan.[7]	1382 Oct. 29	Cle. VII Av. t. 27 f. 347
ob. Lupi (1386 Junii 21)	**Guilelmus**, praepositus . . .	1388 Julii 15	Cle. VII Av. t. 50 f. 350
tr. Guil. ad Oveten.	**Joannes** (de Serrano), ep. Segobien.	1389 Dec. 22	Cle. VII Av. t. 58 f. 6
ob. Joannis (1402)	**Joannes**, ep. Zamoren.	1403 Julii 30	Ben. XIII Av. t. 30 f. 133
ob. Joa. (1415 Nov. 15)	**Joannes**, decanus ips. eccl., bacc. in decr.	1415 Dec. 6	Beh. XIII a. 22 (t. 328) f. 19
ob. Joannis	**Alfonsus** (de Arguello O. Praed.), ep. Palentin.	1417 Junii 7	Ben. XIII Av. t. 72 f. 31
tr. Alf. ad Caesaraug.	**Petrus** (de Fonseca), s. Ang. diac. card., *in admin.*	1419 Junii 6	Mart. V a. 2 Lat. l. 32 f. 12
ob. Petri (1422)	**Alfonsus** (Carrillo), s. Eustachii diac. card.[8]	1422 Sept. 17[9]	Mart. V Obl. 60 f. 15

Selenen. (Selenus) in Isauria, suffr. Seleucien., titul.[1]

Seleucien. (Seleucia) in Syria, metrop. (titul.)

ob. ultimi epi.	**Pontius** O. Min., jam cons. a. s. a.	1345 Aug. 7	Cle. VI a. 4 (t. 170) ep. 15
. . . .	**Basilius**	. . . .	Inn. VI Av. t. 23 f. 99
ob. Basilii	**Isaias** Aslani, subdiac.	1360 Oct. 12	
. . . .	**Theodorus**	. . . .	Urb. V Av. t. 22 f. 101
ob. Theodori	**Martinus** Stephani[1]	1370 Julii 25	
. . . .	**Christianus** O. Min.	1394	. . . .

Seguntin.

[1]) Rej. **Gundisalvo** Petri adiac. Valentin. a cap. el. (cfr. litt. Gre. X a. 2 t. 37 ep. 46 d. d. 27 Sept. 1274), qui 1274 Sept. 4 epus. s. Mariae de Albarazin nominatur (Reg. Greg. X nr. 419) et Martino praedicto successurus est; cfr. Burgen. not. 4.

[2]) Et ob. (aut rej.?) **Fernandi** a cap. el., super qua electione Hon. IV (a. 2 ep. 173 ed. *Prou* 670) 1286 Nov. 8 epum. Palentin. inquirere jusserat.

[3]) In eccl. Legion. Rej. **Alfonso** epo. Caurien. a cap. postul.

[4]) Rej. Joanne adiac. Seguntin. a cap. el. Die 23 Sept. 1301 obligavit se . . ep. Seguntin. (Obl. 1, 14); difficile eat dictu, utrum haec obligatio ad Joannem an ad Simonem pertineat.

[5]) Hic et qui sequuntur Joannes (1358), Joannes (1361), Joannes (1381), Guilelmus (1388), Joannes (1415), desiderantur apud *Gams*.

[6]) Legum doctor, subdiac.

[7]) Bacc. in decr., clericus.

[8]) Et admin. eccl. Oxomen., *in admin.* († 1434).

[9]) Hac die obl. se ad solv. serv. comm.; cfr. Lat. t. 230 f. 278.

Selenen.

[1]) Huic eccl. a. 1345 praefuisse dicitur **Nicolaus** Bohemus O. Er. s. A.

Seleucien.

[1]) Cui 17 Aug. 1376 conced. facultas exerc. pontif. in regnis Aragoniae ac Castellae et Leg. (Reg. Vat. t. 287 f. 140).

Selonien. al. (?) **Semigallen.** (Selburg, Semgallen) in Livonia er. 1217, suffr. Rigen.

. . . .	**Bernardus** de Lippe (O. Cist.)	1217	Gams 241
ob. Bern. (1224 Apr. 30)	**Lambertus,** sedet	1225 m. Aug.	
. . . .	**Balduinus** de Alna (d'Aulne) O. Cist.[1])	1232 Jan. 28	
ob. Balduini (1243)	**Arnoldus** O. Cist.	c. 1246	Inn. IV a. 5 ep. 452 (3502)
res. Arnoldi[2])	**Henricus** de Lützelburg O. Min.[3])	1247 Dec. 5	
. . . .	**Thomas** O.... (ep. „Semugalen.")	1343 Febr. 14[4])	Cle. VI Obl. 6 f. 197
ob. ultimi epi.	**Joannes** Jagow O. Praed.[4]) (titul.)	1383 Febr. 18	Cle. VII Av. t. 28 f. 109

Semiscanten. (**Mesched**) in India min. (Turquestan.)[1])

